Iuuat nihilominꝰ obedientiā ꝯtemptus mundi ⁊ sepatio voluntatis ab omni ōre corporali. sicut eniȝ pellis est tractabilis a ligno sepata: que tñ est rigida q̄ȝdiu est ligno affixa: sic aīa cum instar pellis a terrenis se iungit: ad obediendū facile inclinat. In cuius psona dicit psal. Paratus sum ⁊ non sum turbatus.

Iuuat etiā obedientiā vnctio gratie interiꝰ sicut eniȝ coriū vnctū fit molle ⁊ tractabile: qđ tamē ante vnctionez erat durū ⁊ rebelle: sic hō facilis est ad obedientiam qñ anima intus est vncta per gratiā Hec est vnctio de qua dicit̄ i. Io. ij. Unctionem quā accepistis maneat in vobis.

Tandē iuuat obedientiam modestia pcipiētis. exemplum de deo: qui vnū solum lignū prohibuit: ⁊ omnia alia concessit. Gen. ij. dicens. De omni ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni ⁊ mali ne comedas.

Habet etiā obediētia officia que ipaȝ occupāt .s. tria genera p̄ceptoꝝ. Unū nota q̄ debet quilibȝ obedire p̄ceptis iudicis per naturaȝ que scripta sunt. Tho. iiij. Qđ ab alio oderis tibi fieri: vide ne tu aliquando alteri facias. ⁊ Mat. vij. Oīa quecūq̄ȝ vultis ne faciant vobis hoīes: ea nolite facere eis. Uel debemꝰ obedire preceptis iniūctis per scripturam que scripta sunt Exo. xx. vbi ponuntur decem p̄cepta. Non hēbis deos alienos ⁊c. Debemus etiā obedire p̄ceptis inspiratis per grāȝ vt de dilectione dei ⁊ proximi que scripta sunt. Mat. xxij. Horū expositionē q̄re supra in materia de preceptis ⁊ in materia de caritate.

¶ De paupertate. caplm. xxi.

E paupertate nota specialiter tria. scilicet q̄ paupertas est celeste p̄ciū: cum quo pauperes mercan̄t. Celeste prandium: ad qđ pauperes inuitantur.
Celeste solium: in quo pauperes locantur.

Primo igit pauper tas est celeste precium a quo pauperib9 emitur celū. sicut di cit Aug. Regnū inquit celoꝝ pauptate emit. Et nota q̄ re gnū celoꝝ iure emptionis cō uenit pauperibus: q2 ipsi pro prie soluunt precium qd̄ taxa uit christ9 Matt. xix. O is qui reliq̄rit domuz aut agros. ꝛc.

Secundo paupertas est celeste prandiū quo paupe res reficiūtur. sicut enim vide mus q̄ qñ clamat ad elemo synā vel prandiū: soli paupes veniūt ꝛ accelerāt: sic ad pran dium celi ad qd̄ christus inui tat: soli pauperes intrāt qd̄ fi gurat Luc. xiiij. vbi dicit q̄ ho mo quidā fecit cenaz magnā. ꝛc. Et nota q̄ tria genera ho minuz ad illā cenā venire no luerunt: sz excusationes friuo las allegauerunt. s. auari diui tijs in crassati: imundi impin guati: supbi delicati honorib9. iuxta illud Deut. xxxij. Incras satus: impinguat9: dilatat9 de reliquit deū factorē suū Aua ri figurant per illum qui quin q3 iuga boū emerat. Inmun di per illū qui vxorez duxerat Superbi: per illū qui villam comparauerat. ꝛ ideo oēs isti a cena illa proprie sunt exclusi ꝛ soli paupes intromissi. Nā dicitur ibidem. Voca paupe res ꝛ debiles: ꝛ introduc. ꝛc.

Tertio paupertas est celeste soliū in quo pauperes sedent. sicut dicitur Mat. xix. Vos qui reliquistis oia: ꝛ se cuti estis me. ꝛc. ꝛ sequit. sede bitis ꝛ vos sup sedes: iudican tes duodecim trib9 israel. Sz nota q̄ sicut qui esset supra ce lum: totā terrā reputaret qua si centrū: sic pauperes totam terrā reputant rem minimaz ꝛ vilem: quia in celo vt dictū est hn̄t sedez ꝛ mansionē suā. Nā dicit apostolus in psona eoꝝ. Nostra cōuersatio in ce lis est. Ad philippenses. iij.

Item nota q̄ pauper habet tria bona: scilicet.
Vitam securissimam.
Mentem quietissimam.
Vestem nobilissimam.

Primo igitur paupe res sunt in vita securissima. se curi: q2 per paupertatē nō mo uent lites: nō timentur fures: nō formidant rerū tempesta tes: sed diuites hui9 mūdi su stinent omnes istas tribulati ones. Vnde in figura huius

cayn qui interpretat possessio habebat caput tremuluz. et significat diuitu curam et sollicitudinem aurorum.

Secudo paupes mete sunt quieti et a spinis diuitiaz minime lacerati: et ab earum pondere liberi: et ab earz inquinatione mudi. Naz diuitie faciut ista tria mala. Bona siquidem temporalia possessa: onerant: amata inqnant amissa: cruciant. vt dicit Bernardus. Vn in figura spualis quietis quaz habet pauperes et anxietates que comunicant diuitias: israel a deo accepit sabbatu. i. quiete. et egyptij anxietates et curas: vt dic Greg. Propter hoc dr ad Heb. iiij Relinqt sabbatisin9 pplo dei.

Tertio sunt pauperes veste decori. i. honestate ꝯspicui. io sapiens iungit ista duo Ecclesiastici. xi. Paupertas: inquit: et honestas a deo sunt. qr in semitis pauperu relucet spiritualiter christi signu. De quo dicitur Luce. ij. Et in signum: cui contradicet.

Et nota q triplex fuit signu christi cui contradicit a diuersis amatoribus mundi. Primum fuit paupertas: cui contradicit ab auaris. Secundu fuit castitas: cui contradicitur ab immundis. Tertiu fuit humilitas: cui contradicitur a superbis.

¶ Ite nota q paupertas alia tria bona hz: est eni pauptas. Summe christo coequata. Bonis summe copulata. Celis summe cumulata.

¶ Primo ergo pauptas est summe xpo copulata. Het. n. deus paupes qsi familiares et domesticos: et diuites qsi ignotos et exneos. Vnde in figura huius xps in ortu suo pri9 vocauit paupes qz diuites: piscatores qz mercatores pastores qz reges: pauperes de prope: et diuites magos ab oriente.

Secudo pauptas est summe coeqta celo. et ca est qr est sume elogata a mudo. pauper. n. sume celuz appropinqt: qr oia mudana ꝯculcat. sicut videm9 q ille qui vult alte attinger scabellu ꝯsueuit sub pedib9 locar: sic paup mau tagit celu: qr d oib9 terrenis ꝯtene do et ꝯculcado fac sibi qsi sub pedib9 scabellum. Iuxta illud Deut. xi. Ois loc9 quez calcauerit pes vester vester erit.

Tertio paupertas est summe cumulata omni bono Optime enim scit thesauriza re. ꝓpterea enim dimittit terrā talpis.i.auaris.fimū porcis.i. immūdis.puluerē serpentibꝰ idest supbis. Iuxta illud Isa. lxv. Serpēti puluis panis eiꝰ. Ipsa enim dedignat fimū sta buli hēre loco thesauri.fimus stabuli sunt diuitie huiꝰ mun di:qꝛ mundus est stabulum.i. locus iumentoꝝ ꝛ boīuȝ besti aliū. Ipsa enim bona imobi-lia retinet.i.celestia. ꝛ dispgit bona mobilia.i. oīa terrena. qđ figuratur Geñ.xxv.vbi di cit ꝙ abraam dedit ysaac oīa que possidebat ꝛ filijs ꝯcubi-naꝝ largitus est munera.

De castitate.capłm. xxij.

E castitate nota spe cialiter tria.

Castitas enim est.
Florens sicut liliū inter spinas.
Habet preciuȝ inter gēmas.
Tenet solium super stellas
Habet lilium incorruptibile.
hȝ preciuȝ impreciabile.habet solium in superabile.

Primo ergo castitas ē flo rens sicut liliū. Nā dr̄ Cant. ij. Sicut liliuȝ inter spinas:sic amica mea inter filias. Et nō ꝙ in lilio sūt sex folia niuei co loris ꝛ sex grana aurei coloris sex folia niuea significant car nis pudicitiaȝ ꝛ sex grana au rea significāt mētis mūditiā.

Primo ergo in lilio sunt sex folia in quibꝰ figuratur sex ad pudicitiam necessaria.

Primuȝ foliū est cibi ꝛ potus sobrietas. Vnde dic Ieroñ. Virgo fugiat vinuȝ ꝛ venenū.nā vinuȝ in adolescē tia est duplex incendiū volu-ptatis. Vñ prouer.xx. Luxuri osa res est vinum. Et Geñ. xix.dicitur ꝙ loth propter vi-num perpetrauit incestum.

Secundum foliuȝ est habitus asperitas. Vñ dicit Berñ. Memēto ꝙ asperior cardo pannū facit leniorē.si-cut asper habitus facit carnē castiorē. Et per ꝯrium filij is-rael fornicati sunt cū mulieri-bus moab:qꝛ ornate erāt ve-stibꝰ delicatis. vt dr̄ Nu.xxv.

Tertium folium est la boris strenuitas. ꝛ per cōtra-rium ignauia ꝛ ociū sunt sum mū luxurie nutrimentum. qꝛ vt dicitur Ezech.xvi. Hec fu it sodomie iniqtas sororis tue: superbia:saturitas:abundātia

panis: et ocium. David in domo ocians: cōmisit adulteriū ij. Regum. xi.

Quartum foliū est custodia sensuum: et maxime quo ad visum et auditum: qz curiositas vidēdi et audiēdi: via est ad peccatuz. cuius exemplum pz in dynasilia iacob que ad videndū mulieres regionis illius egressa: a chicē filio emor fuit corrupta. vt dr Geñ. xxxiiij.

Quintū foliuz est modestia verboz et maxime in mūdo: quia maxime excitatr luxuria per verba dissoluta inhonesta. Naz dicit apostolus prime Coz. xv. Nolite seduci inanibus verbis. Corrūpunt enim bonos mores. colloquia praua. Sic inquit Jero. Sermo virginis prudens: modestus: et tardus vel rarus. vt tā eloquentia preciosus q̄z pudore. Item sit in re noua grauitas imutabilis: honestas stupenda: verecunda vita: pudicitia virginalis: incessus et vere prudentie habitus: sermo sp modestus: solum suo tempore proferendus. Hec ille.

Sextum folium est fugo occasionū et oportunitatuz et maxime mulierum. Dicitur eniz Geñ. xix. Ne stes in omni loco circa regionē. Videmus enim q animalia siluestria pulchriorē pellem habēt q̄z domestica. Legimus enim ij. Regum. xiij. q thamar ab amon fratre suo fuit corrupta qz in thalamo fuit sola cū solo. Vnde Berñ. dicit. Virgines que vere vaino fuit sunt: semp debent esse pauide: et nū q̄z secure: vt cairgines mēda: secura etiam pertimescant.

Sunt etiaz in lilio sex grana aurea in quib⁹ figuratr triplex modus diligendi deuz et triplex causa dilectionis.

Primo ergo est triplex modus dilectiōis que debet habere animus castus. est enim diligendus deus prudēter: ne decepti ab amore eius. discedamus. dulcit: ne a elati ab amore eius abscindamur. fortiter ne oppressi ab amore dei euellamur vt dicit Berñ. Sunt autem tres cause precipue in quibus debemus deū diligere. Est enim diligendus toto corde: qz creator tota anima: quia redemptor tota mēte: qui remunerator: vt dicit Matthei. xxij.

Secundo castitas hȝ ingens preciū super oēs gemmas: q̄ dr̄ Ecclesiastici. xxvi. Non est digna pōderatio cōtinētis aie. ¶ Et nota q̄ castitas est thesaurus cū valore caritatis: ideo summe amādus. Et ideo dicit̄ Matt. xiij. Simile est regnū celoꝝ thesauro abscō. ꝛc̄. Est thesaurus in vase fragilissimo. ꝛ iō summe cōseruandus. Nā dicit apl's. ij. Coꝝ. iiij. Habemus thesauꝝ istum in vasis fictilibus. Vn̄ maioris virtutis est in carne corruptibili suare castitatem. Est thesaurus cū malignissimo hoste. ꝛ ideo summe timēdus sicut videm⁹ q̄ valde est laudabile castrū debile defendere ꝯtra hostem fortissimū.

Tertio castitas habet excellens soliū super oēs stellas qđ figuratur per thronuȝ de ebore grādē. vt dicitur. iij. Regū. x. Et nota q̄ ebur est frigidum ꝛ solidū ꝛ candiduȝ: frigidum ꝯtra ꝯcupiscentiaȝ: solidum per firmā perseuerātiam: candidū per meram innocentiam. Iteȝ nota q̄ ebur in suo panno lineo mūdo inuoluatur: seruat pannū ne incendatur: in quo figātur q̄ interior castitas mētis suat corpus exteri⁹ ab icēdio libidinis ¶ Itē nō fructū vberrimū. q̄ castitas cursuȝ celerrimū. habet. Sertū pulcherrimū Prio ergo castitas hȝ vberrimū fructum. Et nota q̄ triplex est fructus euāgelicus. s. trigesimus quem hēt castitas coniugalis: sexagesimus queȝ habet castitas vidualis: centesimus quē habet castitas virginalis. vt dicit̄ Matth. xiij.

Secundo castitas hȝ celerrimū motū. Castitas eni consequit̄ deū tripliciter. s. currendo: notādo ꝛ volendo. currit enim castus per bonā operationem: notat per internaȝ deuotionem: volat per supernam contemplationē: ꝛ sic sequitur agnum quocūqȝ ierit: vt dicitur Apoca. xiiij.

Tertio castitas habet pulcherrimū sertū. non enim solum habet aureolaȝ premij accidentalis: sȝ etiā aureolam premij essentialis. Et nota q̄ triplex est aureola. s. virginuȝ: martyrum ꝛ doctoꝝ. Virginum: florea. Martyrū: gēma. Doctorum: aurea.

Aureola igitur virgi

num est florea. de qua dicitur Cant. iiij. Veni de libano spō sa mea: veni coronaberis. s. aureola castitatis: q2 in scriptura castitas flos dicit̃ merito castis corona. de floribus datur. ¶ Et nota ꝙ castitas istat floris solo tactu marcescit: quia tact⁹ impudice delectationis castitatem oino corrūpit. sicut enim flos sole p̄sente decorez suum ostendit. nam flos vt videmus de nocte clauditur ⁊ oriente sole rursum expanditur: sic homo vere castus. de castitate tm̄ coram deo nō coram hominibus gloriatur dicēte Apostolo. ij. Cor. i. Gloria nostra hec est testimoniuz conscientie nostre.

Aureola vero martyrum est gēma. Nam dicit̃ in psal. Posuisti super caput ei⁹ coronam de lapide precioso.

Aureola doctoruz est aurea. De qua dicitur Ecclesiastici. xlv. Corona aurea super caput eius.

¶ Item nota ꝙ castitas indiget studiosa clausura.

Castitatē decet p̄ciosa cictura.

Primo ergo castitas lucet speciosa pictura castitas debet habere clausuram studiosam. Nam dicit̃ Cant. iiij. Ortus conclusus soror mea spōsa. ¶ Et nota ꝙ in orto bene clauso nō potest. quis intrare nisi de alto: sic in homie casto qui habet clausurā cōtinētie nullum desiderium dz intrare nisi celeste tm̄. si tm̄ ortus conclusus bestijs esset plenus clausura parū proficeret imo plus noceret q̄z prodesset: ita quādo bestiales motus libidinis strepunt in mente parum aut nihil valet clausura castitatis in carne. Et ideo sponse dicitur Canti. iiij. Non soluz ortus ꝯclusus: sed fons signatus. ortus conclusus: propter castitatem carnis: fons signatus propter puritatez mentis.

Secundo castitas dz habere cincturam preciosam: q2 dicitur Luce. xij. Sint lūbi vestri precincti: ⁊ lucerne ardentes in manibus vestris.

¶ Et nota ꝙ daniel vidit virum accinctum renibus auro obrizo: qđ est aurum preciosum valde: vt dicitur Danielis. x. Joannes in apoca. vidit filium hominis precinctū ad mamillas zona aurea. vt dicitur Apoca. i. quod. s. ad dupli-

cem castitatem refertur. Naz zona aurea vl' cinctura renũ: significat corpus castuz. zona vero aurea inter mamillas significat cor mũdũ. qꝛ vt dicit phũs lib. de aialibus. Cor hominis. ē iter mamillas aliquã tulũ declinãs ad ptē sinistrã.

Tertio castitas debet habere picturaz speciosaz. sicut eni cãdor materialis vel albedo est caput ꝛ fundamentum aliorũ coloꝝ vt dicit phũs: sic castitas est quasi caput ꝛ fundamentũ aliarũ virtutũ ꝛ bonorũ opeꝝ. Unde dicit Grego. ꝙ non est opus bonum sine castitate.

¶ De virtutibus in communi. ca. xxiiij.

Post tractatũ de preceptis ꝛ consilijs: dicendũ est de virtutibus: donis: beatitudinibꝰ: ꝛ fructibus. Ista quattuor sunt quedã specialia incentiua ad operãdũ diuina precepta ꝛ cõsilia euãgelica. Dñnt autem ista q̃ttuor per hũc modũ: qꝛ virtutes faciũt operari recta Dona faciunt operari fideliter: ꝛ faciliter expedire. Beatitudines faciunt operari perfecte. Fructus faciunt operari delectabiliter seu deliciose.

¶ Et nota ꝙ virtutes sunt septem. s. quattuor cardinales: ꝛ tres theologice.

Cardinales sunt.

¶ Prudentia
Fortitudo
Temperantia
Justitia

Sunt autem theologice

¶ Fides
Spes
Caritas

Dñnt autez qꝛ theologice habent deũ vel bonum increatum pro fine vel pro obiecto. Virtutes cardinales habent bonum creatum pro obiecto. Preterea virtutes theologice respiciũt magis vitam cõtemplatiuã: ꝛ ordinãt hominem ad deuz. Cardinales vero pertinent ad vitam actiuã: ꝛ ordinant hominē ad proximũ. ꝛ ideo ille dicũtur theologice. i. diuine a theos qḋ ē deus ꝛ logos quod est sermo qꝛ principaliter sunt ad deũ. Sꝫ cardinales dicuntur a cardine in quo vertitur ostiũ: quia pricipaliter respiciũt vitã actiuã: que tota est nobilis super cardinales virtutes. Vñ tres virtutes theologice pertinent

ad mariam que intendit cir-
ca vnū.i.circa bonū increatū:
quod non aufertur ab ea:nec
mutatur.Quattuor vero car
dinales pertinent ad marthā
que intēdit circa multa ⁊ tur
bat̄ erga plurima.s.bona crea
ta.Sunt vera loca scripture
vbi reperiuntur virtutes do-
na:btitudines:⁊ fructus.Vir
tutes theologice ponunt̄ pri-
me Cor.xiij.Nūc āt manēt:
fides spes caritas:tria hec.
¶Quattuor vero virtutes car
dinales ponunt̄ Sapi.viij.so
brietatē:prudētiā:doctrinā:iu
stitiā:⁊ fortitudinē:quibus ni
hil vtiliꝰ est in hac vita hoibꝰ.

Dona vero spiritus
sancti sunt septem:scilicet.
Donum sapientie.
Donum intellectus.
Donum consilij.
Donum fortitudinis
Donum pietatis
Donum scientie:⁊
Donum timoris
¶Ista aūt dona ponuntur.
Isa.xi.Et requiescet sup eum
spiritus sapiētie ⁊ itellectus.
spiritꝰ fortitudinis ⁊ ꝯsilij. spi
ritus scientie ⁊ pietatis: ⁊ re-
plebit eū spiritus timoris dñi.

Beatitudines autem
sunt.viij.s.Paupertas Miti
tas vel māsuetudo. Luctus.
Esuries.Misericordia.Mū
dicia cordis. Pax. Iustitia.
Iste ponūtur Matth.v.

Fructus spiritussan-
cti sunt.xij.s.Caritas. Gaudi
um.Pax Sapia.Lōganimi
tas. Bonitas . Benignitas.
Māsuetudo.Fides.Mode-
stia.Continētia.Castitas.Isti
ponūt̄ ad Galathas quito.

Virtus sic diffinitur ī
libro de spiritu ⁊ aia. Virtus
est habitꝰ mētis bene istitute.

De virtute in commu
ni nota specialiter tria.s.
Eius preciosaꝫ cōparationē.
Eius virtuosam operationeꝫ
Eius gratiosaꝫ ꝑcreationeꝫ.
¶Cōparatur ergo virtus tri
bus specialiter:scilicet.
Ligno fructuoso.
Lapidi precioso.⁊
Celesti paradiso.
¶ Primo cōparatur ligno
fructuoso.Hō.n. absqꝫ virtu
te est sicut arbor silvestris vel
vinea que ꝑfert labruscas.i.
delectationes carnales vel
glandes que sunt cibaria por
corum.i.hominum immun-
dorū.Sed si ramus virtutis

tali arbori fuerit insertus totā arborē trahit ad naturā suā: ⁊ facit eā ferre fruct⁹ optimos qui letificāt deū ⁊ āgelos dei Luce.xv. Gaudiū est āgelis dei sup vno peccatoꝝ.⁊c̄. Hec est illa arbor pulcherrima cuius fructus nimi⁹ ⁊ esca vniuersoꝝ in ea Danielis.iiij.

Secūdo cōparatur lapidi p̃cio.sicut.n.virtus que ē in viro iusto facit cuȝ preuale multis pctōrib⁹. Nā dr̄ ecclesiastici.xvi. Melior est vn⁹ timens deū q̄ȝ mille filij impij. De hoc lapide p̃cioso dr̄ ecclesiastici. vi. Quasi lapidis virtus ꝓbatio erit i eis.s.operibus bonis. Tn̄ hodie multū vilipendit̄: intm̄ ꝙ si esset venalis:a paucis emeretur: sicut gallus q inuenit in sterglinio margaritā ⁊ granuȝ putride: inspecta margarita eligit granū putriduȝ:sic hō mūdanus spreta virtute:appetit bonum tpale ⁊ trāsitoriū ⁊ ratio est q̄re vilipendit̄ virtus: qꝛ nescit hō preciū ei⁹ vt dr̄ Job.xxviij. Et pp hoc dic̄ saluator Matthei.vij. Ne mittatis margaretas ante porcos.i.hoīes immūdos ⁊ mūdanos: qꝛ plus volūt furfur carnalis ⁊ imun de delectationis:q̄ȝ margaritas gratie vel virtutis.

Tertio cōparatur paradiso tam celesti q̄ȝ terrestri Terrestri cōparat̄ in trib⁹.s.
In situs eminentia.
In fructus opulentia.
In fontis effluentia.

¶ Est.n.primo paradisus locus altissimus:ita ꝙ aque diluuij vsqȝ ad illū locū nō peruenerunt:sic viri religiosi vel virtuosi vitā hn̄t eminenteȝ: instar p̱adisi ita ꝙ nunq̄ȝ submerguntur diluuio peccati. Unde dicit sapi.in persona viri iusti Ecclesiastici vltimo. Exaltasti super terrā habitationem meam.

Est secūdo paradisus locus fructibus opulētus.producit.n.oē lignū pulchrū visu.⁊ ad vescēdū suaue Geñ.iii. sic vir iustus vł virtuosus oē lignū pulchruȝ vsu ꝓducit per honestā cōuersationē. ad uescendum suaue: per bonaȝ operationem ⁊ internā deuotionem. Unde dicitur Ecclesiastici.xxiiij.in persona viri virtuosi. Flores mei fructus honoris ⁊ honestatis.

Est nihilominus para

disus terrestris locus aquis irriguus. Nā dicitur Geñ. ij. q fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigādu3 paradisum: qui inde diuidit in quattuor capita. Paradisi fluuius virtus est vel gratia: q2 de fonte diuinitatis oritur quattuor capita sunt quattuor principales virtutes vł cardinales que a gratia deriuātur. s. iustitia. temperantia prudentia: fortitudo. Justitia habet locum in rebus certis: nō enim potest esse iustitia vel iusta sententia nisi in rebus certis. Prudentia habet locum in dubijs. Temperantia habet locum in prosperis. ⁊ fortitudo in aduersis.

¶Comparatur aute3 virtus paradiso celesti in quattuor. Est enim paradisus celestis: habitatio dei: locus gaudij: locus lucis ⁊ loc⁹ ordinati amoris. Talis est anima viri iusti ⁊ virtuosi nā ibi est habitatio diuine gratie: ibi est gaudium bone cōsciētie: ibi est lux veritatis: ibi ē amor caritatis. De tali paradiso dr̃ Ecclesiastici xl. Gratia sicut paradisus in benedictionibus. Econuerso anima peccatoris non dicitur paradisus: sed potius infernis. Habet enim quattuor mala opposita bonis supradictis. Ipsa enim est habitatio non dei sed demonū: ipsa namq3 loco gaudij habet remorsum conscientie: loco lucis habet tenebras ignorantie: loco amoris ordinati habet ignem concupiscentie. Unde de tali inferno dicitur. Isa. xxviij. Quia non infernus confitebitur tibi. idest anima peccatoris: que est q̄si locus infernalis.

Item virtus vel gratia comparatur alijs tribus: scilicet.

Signo vel caracteri
Precio vel pignori
Oleo vel vnctioni.

¶ Virtus enim est signum vel caracter predestinationis: sicut enim pastor signat oues signo quo distinguit oues ꝓprias ab extraneis: sic deus qui est pastor animarum nostrarum. Jo. x. ponit in ouibus suis signū gratie ⁊ virtutis quo distinguit oues ab hedis. De hoc signo dr̃ Ephe. i. Nolite contristare spm̄sctm̄ dei in quo signati estis in die redemptionis: scilicet gratie: virtutis: ⁊ veritatis. Et debe

mus cõsiderare q̃ttuor signa quib⁹ electos suos signat de⁹.

Est eniz virtus pign⁹ vel preciũ saluationis.sicut.n. qui habet preciũ:rẽ põt emere:ꝛ sicut qui habet arraz vel pignus sufficiẽs:certus est de solutione.sic qui habet virtutem vel gratiã gratuitã:securus est de eterna saluatione. De hoc pignoꝛ hẽtur Ephe.i.signati estis spiritu promissionis sancto.s.gratie qui est pignus hereditatis nostre.

Est nihilominus virtus gratuita vnctio regal' promotionis. Sicut.n.reges qui promouentur ad regna terrena vngunt':sic deus electos suos vngit vnctione gratie ad obtinenda regna celestia ꝛ terrena. De hac vnctione dr̃.i.Jo.ij. Vnctionẽ habetis a sancto ꝛ nostis omnia.

¶ Nota q̄ electi qui habent vnctiones virtutis vel gratie reges debẽt triplici ratione: tũ qꝛ de⁹ regnat ĩ eis per gratiã:tũ qꝛ futuri sunt reges per gloriã:tuz qꝛ eis ĩ hoc mũdo seruiũt oĩa ꝑ obedientiã. Oĩa nãq3 eis cooperãt' in bonũ.s. tam bona q̃3 mala:tã prospera q̃3 aduersa:vel peruersa.

¶ Iteem virtus vel gratia tribus alijs comparatur:scilicet. Armature forti. Prebende nobili.ꝛ Optime possessioni.

Virtus.n.ẽ armatura tã fortis q̄ oĩa vincit:ꝛ nũq̃3 vincitur vel superatur. Homo autem sine virtute:est sicut homo inermis in medio ostium suoꝝ..i.iter prospera ꝛ aduersa:ꝛ ab vtrisq3 leditur ꝛ superatur. Nam ipsum decipiũt ꝓspera ꝛ aduersa.propter qd̃ monet apostolus dicens ad Ro.xiij. Induamur arma lucis:idest arma virtutis. vt dicit glosa.

Virtus est prebenda nobilis:quod patet ex duob⁹ s.ex pte datiũ ꝛ ex pte recipiẽtiũ.seu ex pte datis ꝛ ex parte recipientis. Sicut.n. papa ꝛ alij prelati consueuerũt sibi retinere collationẽ pinguẽ vl' prebendam nobilẽ vel nobiliuz:ita deus collationẽ huius nobilis prebende:scilicet virtutis vl' gratie retinuit ad manũ suã.iuxta illud psal. Gratiã ꝛ gloriã dabit dñs. Nullus enim aliud habet has prebẽdas cõferre. Ex pte recipiẽtis pz nobilitas hui⁹ nobilis

prebende: qr prebenda virtutis vel gratie nūq̄ꝫ confert nisi amicis et caris: alia namqꝫ bona naturalia et temporalia q̄si viles prebende vel cōmunes: dantur indifferenter inimicis et amicis. Unde dicit Aug. de ciuitate dei. Intērdū abūdāt plus i talib⁹ inimici q̄ꝫ amici. i. pctōres q̄ꝫ iusti.

Est nihilominus virtutis vel gratia quasi possessio optima. Sicut eniꝫ bene sedet possessio qua est prope ciuitatē: meli⁹ que est iuxta muros ciuitatis: sed optime que est intra muros: propter securitatē clausule vel habitationis: sic poptime sedet virt⁹ q̄ est in secreto cordis. Unū narrat seneca de quodā philosopho: qꝫ vxore capta et liberis: cū solus ex incendio euasisset: interrogatus a tyranno quid amisisset: dixit. Nihil inquit perdidi. nā bona mea mecuꝫ sunt. Bona nāqꝫ interiora sicut sunt virtutes vel gratia nō possunt auferri. vt vulgo dr̄: nec ventus: nec gelu. Et ideo dicitur in psal. Omnis glorie eius fili regis ab itus. Filia regis est anima fidelis cuius tota gloria est de interiori possessione virtutis.

¶ De caritate. ca. xxv.

Caritas est dilectio q̄ diligit de⁹ pp se: et prim⁹ pp deuꝫ vel in deo. Libro. iij. sniaꝝ. Di. xxvij.

¶ De caritate nota specialiter tria: scilicet.
Eius typuꝫ figuraleꝫ.
Eius actū virtualem
Eius fructuꝫ finalem.

¶ Circa primū sciēdū qꝫ multiplex est typus vel figura cui caritas comparatur.
Primo eniꝫ comparatur.
Auro probato.
Ferro ignito.
Uino condito.

¶ Nā sicut aurū invalore excedit oīa metalla: sic caritas excedit omnes virtutes et omnia bona opera. pr̄ie ad Cor. xiij. Maior aūt hoꝝ est caritas. De hoc autem auro preciosi dicit Apoc. iij. Suadeo tibi emere aurū ignitū et probatum vt locuples fias.

Caritas autē est sicut ferrū ignitū quod molle et ductile frigidū vero durum et rebelle: sic aīa sine caritate est dura et rebellis per malitiaꝫ ignita vero caritate est ductilis per obedientiaꝫ et mollis

per misericordiaз. Unde caritas de corde lapideo facit cor carnem: idest dulce ꝛ piū. Ezechielis.xxxvi.

Caritas nihilominus est sicut vinuз conditū quod dicitur nectar. Nā vinum nectaricū vel conditū est dulce: acutū: ꝛ forte. In his tribus que habet vinum conditū: innuitur triplex modus diligendi deū. Diligendus est enim fortiter: prudenter: ꝛ perseuerāter: vt dicit Bern̄. In hoc ā̄t excedit caritas vinū q̄ntūcunq; dulce vel conditum. qr caritas est adeo dulcis ꝙ omne amarū dulcescit cuз vino caritatis. Hoc est vinum de quo dr̄ Canti.viij. Dabo tibi poculū ex vino condito. De⁹ enim potat animam conditā vino caritatis ꝛ inebriat: eam nectare sui dulcis amoris.

Item caritas cōparatur alijs tribus: scilicet.
Aui predem rapienti.
Naui mare nauigāti. ꝛ
Morti carnem perimenti.

Caritas eniз est sicut auis generosa que viuit de preda sicut accipiter ꝛ falco: ꝛ aquila. iste nāq; aues nobiles vix vel nunq̄ꝫ tangunt terram: nisi quādo rapiunt predā sic homines caritatem habētes bona ista trāsitoria non tāgunt vel terrena per affectum: nisi querēdo solummodo simplicem victum. In quorum persona dicit apostolus prime Thim̄.vi. Habentes alimenta ꝛ quibus tegamur: his cōtenti simus. Sicut etiā aquilam nulla auis effugit: sic caritatem nullum bonuз opus euadit. Hec est aquila grandis magnarum alarum. sicut dicitur Eze.x. Ale eius sunt due. s. dilectio dei ꝛ proximi.

Caritas etiaз est sicut nauis maris. Nam sicut illa non vadit nisi quo ducit eaз flatus venti: sic qui habet caritatem nauigando per mare huius mundi solum ducitur flatu spiritussancti. sicut illa celestia animalia de quibus dicitur Eze.i. ꝙ vbi erat impetus spiritus illuc gradiebant. Hec est nauis de qua dicit̄ Prouer. vltimo. Facta est q̄si nauis institoris: idest mercatoris: vt dicit Papias.

Caritas nihilominus est sic mors: vt dicit̄ Cāticor. viij. Fortis est mors dilectio. Naз sicut mors perimit car-

ne: sic caritas carnalitatē: ꝛ sicut mors aufert sensum mortuo: sic caritas facit hominez insensibilem mundo: ꝛ sicut mors facit vt puluis .i. corpus reuertatur in terrā suaz spūs redeat ad dn̄m suuz qui fecit illū. vt dr̄ Ecc. vlt. Sic caritas fac̄ ꝯsiderare ꝓprie carnis fragilitatez ꝛ fac̄ desiderare sempiternā spiritus felicitatem.

¶ Itē nota ꝙ caritas tribus aliis compat̄. Est .n. caritas.
Sicut funis bene tortus
Sicut canis bene doctus.
Sicut later bene coctus.

¶ Caritas .n. cōparatur funi bene torto. nā sicut funis bene torto est valde fortis: sic caritas est indissolubilis: q2 dic̄ aplus Ro. viij. Quis nos separabit a caritate dei: ꝙsi dicat nihil. ꝛ hec caritas fortior est oi fune. Nō est .n. aliquis alius funis quē nō valeat rūpere ignis vel gladius caritas āt nūꝙ̄ pōt rūpi: nec igne tribulatiōis nec gladio mortis. Iste funis caritatis idissolubilis componit̄ ex trib⁹ funiculis: scilicet de corde puro: ꝛ conscientia bona: ꝛ fide non ficta. vt dr̄ .i. Thim. i. Et hic est enim ille funiculus triplex qui difficile rumpitur. vt dicitur. Ecclesiastici. iiij.

Caritas etiaz cōparatur cani bene docto ad venationem. sicut enim canis sequens predam: non sentit spinam sic qui caritatem habet ꝛ sentit odorem paradisi: quasi non sentit spinam: idest tribulationez huius mundi. In persona talis potest dici qđ scribitur Prouer. xxiij. Vulnerauerunt me: sed non dolui traxerūt me ꝛ ego non sensi.

Cōparatur nihilominus lateri bene cocto sicut .n. later bene coct⁹ facit solidum fundamentum: ꝛ si male sit coctus facit ruinosum: sic homo bene coctus per caritatis incendium habet optimū ꝛ virtuosum fundamentum. De quo dicit apostol⁹ Ephe. iij. In caritate radicati ꝛ fundati. Sed later male coctus: idest homo tepidus ꝛ caritatis modice: cito dissoluitur ꝛ conuertitur in lutum carnalis concupiscentie. Tales lateres male cocti sunt lateres egypti qui sola palca dicūtur esse cocti. vt legitur. Exodi. v.

Item caritas aliis tribus comparatur: scilicet.

Arbori vel ligno.
Oneri vel iugo
Glutino vel cemento.
¶Caritas eni est sicut arbor vel lignum fructuosuz:in quo pendent fruct⁹ pietatis flores honestatis:folia veritatis:⁊ sicut de arbore resecātur ramusculi:vt arbor meli⁹ crescat ⁊ ꝓficiat:sic resecādi sunt amores iordinati:vt amor dei fortius inualescat. Unde bonus agricola vel ortolanus purgat palmitem ferentem fructū:vt fructum plus afferat. Jo.xv.

Caritas enim est sicut

onus leue ⁊ iugū suaue est.n. onus leue ⁊ alleuians sicut in auibus ala.⁊ sicut in eqs quadriga. Naz sicut auis cū onere alaꝝ auis volat velocius: ⁊ equus cū onere quadrige portat duplū facilius:sic onus penitentie ⁊ tribulationis facili⁹ est:⁊ per duplum portať cum alleuiať in onere caritatis Ipsa enim est iuguz suaue. ¶Et causa hui⁹ suauitatis est:quia christus in cruce subijt illď iugum:⁊ adhuc sub eo vult esse nobiscū. Uñ iste portat quasi totū pondus vel maiorē partem pōderis:⁊ ideo nō est mirum si iugū caritatis est suaue propter qď dicitur Mat. xi. Jugum enim meum suaue est:⁊ onus meuz leue.

Caritas nihilominus

est sicut glutinū vel cementū. Nam sicut glutino iungūtur asseres:vľ cemēto lapides:sic caritate vniūtur fideles. Hoc glutino vel bitumie linita fuit spāliter vna archa noe. Genesis.vi. Uñ si archa ecclesie nō vniretur virtute hui⁹ glutinij esset in periculo submergēdi. Hoc enim virtuoso cemento vniūtur lapides viui in spirituali edificio: ⁊ cū isto cemēto fit mur⁹ ecclesie fortissim⁹ sine quo:eēt ecclesia q̄si aceruus lapidū ruine ꝓpinquus: sicut diciť Jere.xxvi. Jerusalē in aceruū lapidum erit.
¶Itē caritas eleganter ⁊ proprie tribus alijs cōparatur.s.
Fonti naturali.
Uesti nuptiali.
Igni virtuali.
¶Caritas qdez est sicut fons naturalis. Sicut enim aqua fontis naturalis in hyeme est calida:sic caritas feruet in tribulatione:⁊ sicut aqua fontis est frigida vel frigescit interi⁹: cum calor inualescit exterius: sic enim interi⁹ tepescit amor

dei: cū inualescit exteriꝰ amor mundi. De hac aqua fontis mundani dicit. Ioā.iiij. Omnis qui biberit ex aqua hac: sitiet iteruz qz vt vulgo dicitur talis aqua inflat: et non satiat. Sz de aqua fontis diuini dicitur ibidem Aqua quaz ego dabo fiet in eo fons aque salientis in vitam eternaz.

Caritas eniz est sicut vestis nuptialis. De qua habetur Matthei.xxij. ꝙ ille qui ea caruit fuit eiectꝰ de nuptijs sic qui nō habet caritatis tunicam: nō venit ad cenā eternam. Et nota ꝙ caritas dicit vestis nuptialis: qz tegit turpitudinez peccatoꝝ: qz protegit a frigore tentationuz: qz ornat munere donoruz. psal. Astitit regina a dextris tuis in ve.xc. qz in malitia satiati sunt: vidit hoiem.i.totuz cetū maloꝝ nō vestitum veste nuptiali.i.fidez non habentem: siue caritatez.

Et nota ꝙ vestis caritatis a quattuor precipue cōmendatur: a quibꝰ ꝯsueuit cōmendari vestis nuptialis.s.
Ab artificio.
A materia.
A calore.
A fragrantia.

Commendatur ergo vestis caritatis ab artificio: quia magno studio componitur a deo iuxta illud psal. Annūciate inter gentes studia eiꝰ. Hec eni sunt studia diuina: vt cōponat in nobis caritatis indumēta.

Commendatur etiaz hec vestis a materia non alie vestes sunt vel velleribꝰ animaliuz: vt vestis lanea vel de corticibꝰ herbarum: vt vestis linea: vel de visceribꝰ vermiū vt vestis serica: vestis autem caritatis fit ex gratia spiritussancti: et de visceribus christi. Unde signāter dicit apostolus ad Roma.xiij. Induimini dominū iesum christum.

Commendatur autez hec vestis a calore. est autem duplex color huius vestis. scilicet byssinus et purpureus: et sicut rubeus color optime sedet super byssinum vel candiduz: sic caritas optime stat super hominem castum. Prouer.xxxi. Bissus et purpura indumentum eius.

Commendatur autez hec vestis a fragrantia Cant. iiij. Odor vestimentoꝝ tuorū sicut odor thuris. et iō qui por

rat hanc vestem meretur benedictionem: sicut Jacob gen. xxvij. Statim vt ysaac sensit vestimentorum eius fragrantiam: benedicens ait. Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni. Caritas patiens est: benigna est: nō emulatur: non agit perperam: non inflatur: nō est ambitiosa: nō querit que sua sunt non irritatur: non cogitat malum: non gaudet super iniquitate: congaudet autem veritati: omnia suffert: omnia credit omnia sperat: omnia sustinet: caritas nunquam excidit.

Item vestis caritatis habet duas petias: quattuor sagittas: et sexdecim fimbrias vel crepas. Est enim partita sicut tunica nobilis domicelli. due petie eius sunt dilectio dei et proximi. In parte dextra est petia dilectionis dei in parte sinistra est petia dilectionis proximi. vna ē de bisso: alia de purpura. In indumēto eius quattuor sagitte ponūtur. Luce. x. Diliges dominū deum tu. ex tot. cor. etc. Sexdecim fimbrie vel crepe ponuntur. sicut supradictum est: caritas patiens est etc. Prime ad Corinthi. xiij.

Caritas comparatur igni in decem. Nam primo ignis est virtuosior omnibus clemētis: sic inter omnes virtutes efficatior est virtus caritatis. Luce. xij. Ignē veni mittere in terram. In hoc autem caritas excellit ignem: quia aqua extinguit ignē naturalem: sed aque multe non poterunt extinguere caritatem. vt dicitur Canticorum. viij.

¶ Secundo ignis ardet et lucet: sic caritas in homie ardet per affectum: et lucet per exemplum. sicut Joānes baptista: de quo dicit Jo. v. Ille enim erat lucerna ardens et lucens.

¶ Tertio ignis frigidum ferrum accendit: et etiam carbonem extinctum: sic incendium caritatis expellit ab homine gelu auaritie: et etiam mortem culpe: et facit viuere sicut carbonem extinctum. vt dicitur prime Joan. iij. Translati sumus de morte ad vitam: quoniam diligimus fratres.

¶ Quarto ignis incinerat: sic virtus et incendium caritatis redigit hominem in cinerem humilitatis. Vnde dicebat abraam Gen. xviij. Loquar ad deum meum cum sim pul-

nis τ cinis.

¶ Quinto ignis semper tendit sursuz: sic caritas facit ascẽdere sursum: vel ad celuz per desideriũ. Unde dicebat apostolus Philippẽ.i. Cupio dissolui: τ esse cum christo.

¶ Sexto ignis semp ẽ in motu: sic caritas semper est in aliquo bono actu. Naz sicut dicit Grego. Amor dei nunq̃z est ociosus: operatur eniz magna si est. si autem operari renuerit: amor non est.

¶ Septimo ignis aufert rubiginem a ferro: sic caritas tollit rubiginem peccati. Unde dicitur Deut.iiij. Deus autez noster ignis est vsq3 ad consumptionẽ deuorans: scilicet peccati rubiginem per suam ignitam dilectionem.

¶ Octauo ignis scintillas emittit: sic caritas mentez deuotam scintillas celestium desideriorũz emittere facit. sicut legitur Danielis.x. Uir desideriorum es.

¶ Nono ignis facit ollam feruere. τ olle feruenti non incidunt musce: sic mens que per caritatem feruet muscas tentationis non timet. Dyabolus autem propter infestinationem tentationuz: inter alia nomina sua vocat̃ beelzebub qui interpretatur deus vel pater muscarum. Luce.xi.

¶ Decimo ignis seruat lampades a mure: mus nãq3 cuz lampadem extinctam conspicit: mox bibit oleum. sed ipsuz non audet surgere quãdiu cõspicit lampadez ardere. sic caritas ardens in animo: oleum gratie custodit a spiritu maligno. Hoc oleum volunt prudentes virgines in suis lampadibus habere: vt cum sponso valeant ad nuptias intrare Matth.xxv.

¶ De fide. capitulum.xxvi.

Fides est virt⁹ que ea que ad fundamentuz religionis pertinent: firmiter credunt̃. Libro.iij. sententiaz.

¶ De fide nota specialiter tria: scilicet.

Eius typum speciosum
Eius actum virtuosum
Eius fructum generosum.

¶ Primo dico q̃ fides hab3 typum speciosum vel figuraz multiplicem: cui eleganter vel strenue vel congrue comparatur. Et primo comparatur tribus: scilicet.

Arche testamenti
Stelle firmamenti. et
Petre fundamenti
¶ Fides quidem est sicut archa testamẽti: Nam dr̃ Exo. xxv. Propitiatoriũ non excedit archã sed aqua ꝓpiciatorium: sic per fidem: et nũq̃ꝫ sine fide habetur ꝓpiciatio pctõꝝ.

Fides etiam est sicut stella firmamenti et p̃cipue dicitur stella maris: q2 nauigãtibus ostendit portũ grẽ siue salutis. Dicitur etiã stella matutinalis: q2 preuenit solẽ iustitie Dicitur nihilominus stella oriẽtalis: q2 ducit reges spũales: et facit eos xp̃m adorare: sicut illa de quo scribitur Matth. ij.

Fides etiam est sicut petra fundamẽti. Nam sicut edificiũ est solidũ qđ est supra petrã fundamentũ vel locatũ sic structura virtutuꝫ et omne spũale edificiũ: optime locatur supra fidei fundamentũ. Vñ dicit dñs Petro Matt. xvi. Super hanc petram edificabo ecclesiam meam.

¶ Itẽ fides alijs tribus bene ꝯgrue cõparatur. Figuratur eniꝫ.
Per mundum speculum.
Per dextrum oculuꝫ. et
Per sponse anulum

¶ Fides namqꝫ comparatur speculo mũdo: q2 sicut turris magna in modico speculo cernitur: sic maiestas et magnitudo diuina in speculo fidei rep̃sentatur. Bene ipsa est speculuꝫ sine macula. vt dicit Sap̃. vij.

Fides etiã cõparatur oculo dextro. sinister oculus ẽ ratio que solũ de naturalibus iudicat: dexter vero est fides q̃ omnia tam naturalia q̃ꝫ miracula determinat et intellectuꝫ in obsequiuꝫ christi captiuat. vt dicit apostolus. ij. Cor. x. Et sicut quo amisit oculũ dextrũ inutilis est ad bella: q2 scutum operit sinistrũ: et sic nullũ hẽt oculum quo videat ferire vel cauere aduersariũ: sic qui nõ habet fidẽ: inutilis est ad pugnam spũalem. Vñ naas dicit hoibus vel viris iabeꝫ galaad. In hoc feriã vobiscũ fedus: vt eruã oium oculos dextros. i. Regũ. xi. Naas interpretatur serpens vel coluber: et signat serpentem antiquum idest dyabolũ qui nititur eruere oculum dextrũ. idest fidem vt ad bellum spirituale hominem reddat inutilẽ. Ipse eniꝫ est coruus infernalis: qui cuꝫ cadauera inuenit: primo ocu-

lum inuadit.

Fides insuper cōpa-ratur anulo:q2 sicut in subar-ratione spōse anulus in digi-to ponitur ad ornationē: sic fi des ornat rōnem:que per di-gitum intelligit:q2 discernit:z sic aia a deo spūaliter despon satur. Nā dicit O see.ij. Spō sabo te mihi in fide. Anulus iste argēteus potest dici:eo q fides instar argēti luceat per veram cognitionē: z resonat per perfectā cōfessionē. Quia dicitur ad Ro.x. Corde credi tur ad iustitiam:ore autē con fessio fit ad salutem.

Itez fides cōparatur alijs tribus.s. Signo verillari Scuto militari z radio solari.

Fides eniz est sicut ve rillum regis. Nā sicut verillū regis monstrat q rex est pre-sens in acie:maxime vt terre ant hostes:sic fides est signuz q rex regū.s.deus presens est in pugna vel tentatione:vt fu giant demones. Et ideo dici tur.i. Petri.v. Cui resistite for tes in fide. Sicut enim veril-luz regis in signū domini po nitur in arcem vrbis:sic fides locatur in arce mētis. idest in eminētia rationis. De hoc ve rillari signo dicitur Isa.xi. Le uabit dn̄s signū in nationes idest fidem super credentes.

Fides etiam est sicut militare scutum. Nam sicut scutum ponitur ad sinistram partem:sic fides precipue ar-mat hominē contra aduersi-tatem:z sicut scutū portatur a parte cordis quod est in sini-stra parte hominis:sic fides ē armatura mentis:z sicut scu-tum est triangulum: ita fides credit deum trinū z vnū. De hoc scuto dic̄ apl̄us Ephe.vi. In oib9 sumētes scutuz fidei.

Fides nihilomin9 est sicut sol vel solis radius. Nā sicut sol videt solum proprijs radijs:nō torchijs vel cande-lis:sic deus videtur solum ra dio fidei : que solum innititur luci prime veritatis: non tor-chijs.idest luie naturalis rati onis. Unde dic̄ Ambro. In his que fidei sunt: piscatorib9 credit:nō dyaleticis. De hoc lumine vel radio fidei potest intelligi quod dicitur Eccle-siastes.xi. Dulce lumen z de-lectabile est oculis videre so-lem. Tamen nota q sol nō vi detur in propria rota nisi ab

aquila. sic deus nō videtur in propriā essentia nisi ab anima valde deuota. & pennis contē plationis eleuata. Item cecus non videt solem: sed tamē cre dit videnti non videt viam: & tamen credit cani ducēti: nec videt locū profundū: & tamen credit baculo tangenti: & ten tanti. ita simplices qui per se sacramenta nō vident: viden tibus. idest prelatis & pastori bus suis se cōmittere debent. sicut cecus cōmittit se ducto ri: & sicut ouis cōmittit se pa stori. Tamen summū pericu lum est quando ipsi pastores vel ductores ceci sunt & igno rantes. qr dicit veritas Mat. xv. Si cecus ceco ducatū pre stet: ambo in foueam cadunt.

Item fides trib9 aliis

comparatur: scilicet.
Columne sacramentali
Aurore spirituali. &
Luci primordiali.

¶ Fides nāqz est sicut colum na illa que precedebat populū israel in exitu de egypto. naz illa ex parte israel erat lucida: & ex parte egyptiorū tenebrosa sic fides credētibus lucet: & in fidelibus est obscura: quia ipsi sunt rebelles lumini: vt dici tur Ioan. xxiiij.

Fides etiam est sicut

aurora. Nā sicut illa est exosa latronibus: sic fides odiosa est demonib9: qui sunt latrones animarū. De ipsis enim dici tur Iob. xxiiij. Si subito appa ruerit aurora: arbitratur vm bra mortis.

Fides autez nihilomi

nus est sicut lux primo creata Naz sicut illa primū opus in maiori mūdo: sic fides prima virtus in minori mundo. hoc est in corde hūano. & ideo cuz sit primogenita: specialiter be nedici meret̄: sicut antiqui pri mogenita benedicebant. Vñ dicitur de talibus. Qui ex fi de sunt: benedicentur cū fideli abraam ad Gal. iij.

Item nota qꝫ fides ad

hoc qꝫ sit cōmendabilis: debz habere tria: scilicet.
Veridicam confessionem
Magnificam deuotionem
Catholicaz probationē.

¶ Primo ergo fides dz ha bere veridicā confessionē. s. vt verū dicat: ne aliud dicat: ali ud credat: aliter viuat. vt. s. fides sit viua: non mortua. vera nō ficta. res enī mortua proprie

nō est res:nisi equiuoce.sicut homo mortuus nō est homo res etiaʒ ficta non est proprie dicēda res:sicut leo pictus nō est leo verus.nec denarius falsus:sic ille qui est de auricalco qui debet esse de auro:nō est verus denarius.tales sunt falsi ⁊ ficti christiani. De quib⁹ dicit̄ ad Typū.i. Cōfitētur se nosse deū:factis autē negāt Tales sunt sicut chimera que est res tm̄ ficta:⁊ tamen nihil est in rerū natura. Fides verica est que verū dicit sic viuendo:sicut credit: sic credēdo sicut dicit. Talis est moneta vera ad emendū paradisuʒ.⁊ vera arbor ⁊ generosa: ad ꝑducendū frondes diuine dilectionis : folia salutifere confessionis:flores honeste conuersationis ⁊ fructus bone operationis.

Secundo dʒ habere

deuotionē magnificaʒ. Et est notanduʒ ꝙ fides ostenditur esse magnifica in tribus.

Primo vt in solo deo

confidat:etiā si naturalis ratio contradicat. Talem fidem habuit abraā : qui vetulus de vetula ⁊ sterili contra omneʒ rationē credidit deo promittenti ꝙ haberet semen:in quo benedicerentur omnes gentes.vt dicitur Gene.xv. Credidit abraam deo:⁊ reputatū est ei ad iustitiam. Taleʒ fideʒ non habuit thomas qui noluit credere ꝙ christus resurrexisset a mortuis nisi oculis videret ⁊ manibus cōtractaret. Tales sunt illi qui nolunt credere vel mutuare nisi sub bono pignore. De tali modica fide dicit Grego. Fides nō habet meritū:cui humana ratio prebet experimentum.

Secūdo fides est ma-

gna si in aduersitate non deficiat:sed tunc plus inualescat. De qua dicit saluator Mat. xvij. Si habueritis fideʒ sicut granum sinapis ⁊c̄. Granuʒ sinapis quanto plus territur: tanto forti⁹ viget.talis fuit fides martyrum:qui per fidem vicerunt regna:ludibria: verbera:insuper vincula:⁊ carceres. De hac fide dicit̄ prime Joannis quinto. Hec est victoria que vincit mundum:fides vestra. Talem fidem non habuit petrus qui videns ventum validum : timuit et statim veritas fuit . cui dixit

saluator Matth.xiiij. Modi ce fidei quare dubitasti? Sic multi infideles ventum vali dum tribulationis: videntes statim titubant et merguntur in mari tentationis vel despe rationis: quod est mare mor tuuz: in quo nihil pot viuere.

Tertio fides est ma-gna: si homo propter dilatio-nem petere non desistat: quo usqz obtineat. Talem fidē ha buit mulier chananea: que qz tūcunqz fuisset a xpo repulsa non quieuit a prece quousqz fuit exaudita. Unde dicit sal. Matth.xv. Mulier magna ē fides tua: fiat tibi sic petisti qz vt vulgo dicitur. Quod dif fertur: non aufertur.

Itē fides debet habe re professionez catholicā. Et notādum q catholica profes sio christiana continet duode cim articulos fidei: qui in sim bolo apostolico continētur.s. Credo in deū etc. Sunt autē duodecim articuli: qz duode-cim sunt apostoli. quilibet au tē duodeciz apostolorum posuit in simbolo suum articulum.

Petrus autem dixit. Credo in deū patrez etc. Iste articulus pertinet ad patrez. Et est sciendū q aliud est cre dere in deuz: et aliud credere deo. Credere deo: est credere q vera sunt que dicuntur de deo. et sic possumus credere: et credemus petro et paulo. Sz credere in deū vt dicit Aug. est credendo amare: credēdo in eum per amorem ire: et in eum vel eius membris incor porari. Nota de isto articulo cū dicitur patrem omnipotē tem: qz ipse est deus pater: nō deest sibi bona voluntas: qz omnipotens nō deest sibi po testas implendi quod promit tit: qz dicitur in psal. Omnia quecunqz voluit fecit.

Andreas dixit. Et in iesum xpm filiū eius vnicū do minū nrm. Iste articulus pertinet ad diuinitatē filij. Et no ta q spāliter christus dr dñs noster: qz proprie dñatur nobis duplici iure. s. iure creationis: qz nos creauit et fecit: et iure redēptionis: qz nos magno precio. s. sanguine suo redemit vt ait apostolus prie Cor.vi. Empti.n. estis pcio magno.

Iacobus maior dixit Qui conceptus est de spiritu sancto: natus ex maria virgi-

ne. Iste articulus est primus qui pertinet ad humanitatez. Et nota ꝙ maria mater dei caruit in cōceptione culpa: ꝛ iō dr̄ xp̄s de spū sancto cōceptus: qꝛ sine culpa fuit qđ spiritussanctus fecit in natiuitate filij. Caruit etiaz pena: ꝛ iō dr̄ xp̄s de virgine natus: qꝛ nullā penā sensit: nec dānum sustinuit: quia virgo peperit: ꝛ post partū virgo permāsit: ꝛ ꝛ in hoc xp̄us dedit exemplū filijs omnib⁹ vt nullū dānuz nutricibus vel progenitorib⁹ suis inferrent.

Joannes dixit. Passus sub pontio pilato: crucifixus mortuus ꝛ sepultus. Iste articulus ptinet ad humanitatē. ¶ Et nota q̄ttuor in hoc articulo pro quib⁹ ꝛ in quib⁹ non solū grati esse debemus redemptori nostro: sed etiam spāliter in his q̄ttuor ip̄z imitari. Christus.n. est passus: vt nos patiamur. scz habendo patientiaz in aduersitatibus ꝛ tribulationibus nostris. Christus etiaz crucifixus est. vt nos per penitentiā crucifigamus carnem nostraz cum vitijs ꝛ concupiscentijs. Christus etiā mortu⁹ est.s. in cruce: vt cruce penitētie vsq3 ad mortem perseueremus. Christus nihilomin⁹ sepultus est: vt nos terrā nostre mortalitatis consideremus: ꝛ cū cinere nostre mortalitatis ad modū carnis salse supbiā ꝯdiam⁹: qꝛ carnes cito putrescūt ꝛ corrūpūtur: nisi sale ꝯdiant.

Thomas dixit. Descendit ad iferna. Iste.n. articulus ꝛ terti⁹ ptinens ad humanitatē. descendit autē xp̄s ad inferos ſm animā: vt extraheret suos de limbo. Nota etiā magnā peruersitatem nostrā: qꝛ nos vix volum⁹ sequi xp̄m ad celuz: q̄ztūcunq3 sciam⁹ ꝙ xp̄s secutus est hominez vsq3 ad infernum: scz ad eū liberandum.

Jacobus minor dixit Tertia die resurrexit a mortuis. Iste est q̄rtus articulus pertinens ad humanitatem. Et nota ꝙ xp̄us resurrexit tertia die: vt nos a peccato resurgamus in tertia die.s. penitentie.s. confessione: contritione ꝛ satisfactione.

Philipp⁹ dixit. Ascendit ad celos sedet ad dexterā dei p̄ris oipotentis: inde

vẽturus iudicare viuos ⁊ mõ
tuos. Iste articulus ē quitus
ꝑtinēs ad humanitatē. Et no
ta ꝙ hec duo que sunt in isto
articulo. s. ascēsus xp̄i ad celos
⁊ aduētus ad iudiciū: magnā
fiduciā nobis īgerit: qn̄ scim⁹
ꝙ cāz nr̄az fr̄ nr̄ iudicabit.

Bartholome⁹ dixit.

Credo in spiritū sanctū san-
ctā ecclesiaz. i. credo ꝙ spirit⁹
sctūs est in se ⁊ in electis suis
⁊ ꝙ nō solū est sctūs: sʒ etiā ec
clesiā facit sanctā. Et iste est
prim⁹ articulus qui ꝑtinet ad
spm̄. ⁊ sunt tria in presenti ꝑ-
tinentia ad spm̄ sanctū: ⁊ duo
in futuro. Primū qđ ad ip̄m
pertinet in p̄n̄ti: est sanctifica
tio. Naʒ prim⁹ ei⁹ articulus:
vt diximus⁹. Credo in spiritum
sanctū sanctā ecclesiā. Credo
ꝙ spūs sanctus qui in se san
ctus est: ipse sanctificat eccle-
siā per gratiā ⁊ bonitatē suā:
quia ipse bonitas est.

Matthe⁹ dixit. Sā-

ctorū cōmunionē. Iste articu
lus pertinet in presenti ad spi
ritum sctm̄: q᷑ spm̄ sctm̄ perti
net in sanctoꝝ cōmunionē. i.
vnionē mēbroꝝ in corpore ec
clesie ad caput. s. ad xp̄m. ⁊ ad
alia mēbra in corpore natura
li. i. fideliū adinuicē. sicut spiri
tus bonus vnit mēbra in cor
pore naturali: sic spūs sanct⁹
vnit mēbra spūalia. s. fideles i
corpore mistico. qđ est eccle-
sia. Unde sensus hui⁹ articu
li est credo sanctorū cōmuni
onē. i. credo ꝙ sancti. i. fideles.
tanq̄ʒ vnius corporis ecclesie
mēbra cōicant. i. vniūtur sibi
⁊ capiti suo ⁊ hoc per spm̄ san
ctū. ¶ Et nota ꝙ triplex est cō
munio quā fideles debent ha
bere adinuicem. s. Cōionem
vnius corporis. quia faciunt
vnum corpus. Et cōionem
societatis ex qua societate ve
nit ꝙ quilibet qui est de cor-
pore ecclesie partem habet in
oibus bonis que fiūt i ecclia.
¶ Tertia cōio est mutue sup
portationis q᷑ vn⁹ debet sup
portare onus alterius: scilicet
mala per patientiā: ⁊ bona cō
municar̄ ꝑ elemosinaꝝ largi
Tertio sapiẽtia est donuꝫ profundissimũ instar maris. nõ soluꝫ sicut mare sꝫ etiã plusq̃ꝫ mare qꝛ mare hẽt fundum sapientia diuina nulluꝫ habet fundũ. qꝛ vt dr̃ Job. xi. Longior est terra mẽsura ei⁹: ⁊ latior mari. Et ꝓpterea dicit apostolus Ro. xi. O altitudo. i. profunditas diuitiaꝝ sapientie ⁊ sciẽtie dei q̃ꝫ incomprehensibilia sunt iudicia ei⁹: ⁊ inuestigabiles vie ei⁹: qꝛ nimis longe sunt sapientie diuine iudicio quib⁹ disposuit omnia iuestigabilia q̃ꝫ gutte maris valeant numerari. Exemplũ de patre ⁊ filio volentib⁹ haurire totũ mare cũ cocleari paruo: vt narrat Jero. Iõ dicit̃ donũ qꝛ nunq̃ꝫ per studiũ acquirit̃: nisi per inspirationẽ diuinã habeatur. Et iõ dicitur Jacobi. i. Si quis vestruꝫ indiget sapiẽtia postulet a deo qui dat oĩbus affluẽtur ⁊ nõ improperat: ⁊ dabitur ei Et sap. ix. Da mihi dñe sediũ tuaꝝ assistricem sapientiã: vt mecũ sit ⁊ mecum laboret: vt sciam quid acceptuꝫ sit coraꝫ te omni tempore. Amen.

¶ Septima dieta de humilitate. capitulum. xxxvi.

Post tractatũ de dõis spiritussancti: dicendũ est de beatitudinibus: hec est septima dieta salutis. s. a dono spũssancti: ad beatitudinem peruenire.

¶ De humilitate enim quatuor sunt ꝑcipue notanda. s.

Typum figuratiuum.

Motum incitatiuum.

Signum demonstratiuum

Gradum distributiuum.

¶ Habet ergo humilitas in

sacra scriptura typum multiplicem ꝛ figuram.

Nota igitur ꝙ humilitas est: Breuis scala deuotionis. Breuis scola ꝑfectionis Breuis via saluationis. Breuis scala si vis ascendere: breuis scola si vis addiscere: breuis via si vis incedere.

Est igit᷑ humilitas breuis scala. Et nota tria in scala humilitatis. s. scale extremū ymū: ꝛ supremuꝫ scale latera dextrū ꝛ sinistrū. scale spacia scilicet triplicē gradū. Habet eniꝫ scala humilitatis duo extrema: ymū ꝛ supremū ymuꝫ vel pes huius scale est timor supplicij: supremū vero est amor premij. vñ psal. Si ascendero in celū tu illic est: si descendero ad inf. ꝛc̄. Iteꝫ habet scala duo latera. s. dextrū ꝛ sinistruꝫ. dextrū est: temperātia in prosperis: sinistrū patientia in aduersis. Vñ apostolus. ij. Cor. vi. Per arma iustitie a dextris ꝛ a sinistris. Iteꝫ hec scala habꝫ tria spacia vel tres gradus: inter quos prim⁹ est contemptus mundi: secūdus est humilis abiectio sui terti⁹ est humilis amor dei. Hec ē scala Jacob. Gen. xxviij.

Itē est humilitas breuis scola. est eniꝫ cōpendium totius iustitie. vñ ipsa dicitur omnis iustitia. Mat. iij. Sic eniꝫ docet nos implere oēm iustitiā glo. i. humilitatē. Ideo saluator ꝛ magister optim⁹ in sua scola prolixitatē totius legis reduxit ad quandaꝫ summā. i. ad methoduꝫ humilitatis: dicens Matthei. xi. Disci te a me qꝛ mitis sum ꝛ humilis corde. Humanitas aūt sic describitur. Humilitas est ex intuitu ꝓprie conditionis vel conditione voluntaria mentis inclinatio.

Est insuper humilitas sicut breuis via: qꝛ cuꝫ humilitas petat centruꝫ per consequens vetat circuluꝫ ꝛ specialeꝫ circuitū: ꝛ facit dyametrū: ꝛ dyametraliter pertrāsit spacium ꝛ ita rectissime venit ad terminū. Isa. xxx. Hec est via ambulate in ea.

¶ Item humilitas.

Se attenuat vt amet᷑ a spōso.
Se adnihilat vt creetur de nouo.
Se euacuat vt impleat᷑ a deo.

¶ Humilitas itaqꝫ se attenuat: ꝛ sic facit seipsam graciłeꝫ ad domicelle moduꝫ. Unde

humilitas et gracilitas sponse que sponsum incitat ad eius amorē. Et causa huius est: qr gracilitas sigāt vel attestatur incorruptionē: sicut econtrario timor sigāt corruptam esse mulierem et pregnantē. Unde nota qꝫ quidam tumēt et inflātur de genere et nobilitate: et tales impregnātur a proprio patre sicut filie loth Gen.xix. Quidam inflātur de subditorum multitudine et potestate: et tales ipregnantur a toto populo sicut dauid qui fecit murmurare populū.ij. Reg.xxiiij. Quidā etiam timent et inflant de incorruptione corporis: et per ꝯsequēs qđ est delectabile ipregnātur a virginitate: sicut fatue virgines Mat.xxv.

Item humilitas se ad nihilat: vt de nouo creet. Ipsa enim est illud nihilum super qđ deus fundauit terrā Job.xxvi. Qui appendit terrā sup nihilum.i.animam super humilitatis fundamentum.

Humilitas insuper se euacuat vt ipleatur idest vacuam et inanē se reputat. Unde figuratur per altare tabernaculi. Exo.xxviij.quod erat ita concauū vt posset recipere ignem: ligna: et victimas: sic humilitas ē vacua: vt capiat ista tria: scilicet ignem dilectionis: ligna compassionis: et victima deuotionis.

Item nota qꝫ humilitas est.
Quidquid in valore est preciosius.
Quidquid in odore est delitiosius.
Quidquid in decore est gratiosius.

Primo igitur dico qꝫ humilitas in valore est summe preciosa. et propter hoc cōparat auro et balsamo: que sunt duo valde preciosa. balsamum super omnes liquores: aurum super omnia metalla: et sicut ista duo sunt valde rara et iđ preciosa: sic rarissima est humilitas vera: et iđ summe cara: et sicut aurum est valde ponderosum: et naturaliter petit centrum balsamus semper petit fundum: sic vera humilitas instar auri et balsami semper appetit inferiorem locum. Et propterea de valore humilitatis dicitur Sap.vij. Omne aurum in comparatione illius: arena est exigua.

Est etiam humilitas in odore multum delitiosa. et pro

pter hoc comparatur in scriptura tribus que sunt valde odorifera: scilicet thuri qd est granum modicum: est tamen fragrantissimum: ideo dicitur Ecclesiastici.l. Quasi thus redolens in dieb9 estatis. Comparatur etiam nardo: que est arbor parua ꝛ valde odorifera vnde dicitur Canticorū.i. Nardus mea dedit odorem suum. Comparatur etiā cynamomo qd est cinere coloris: ꝛ cum frangitur: spirat quendā visibilem ꝛ fragrantissimum odorem idest vaporez ad modum cineris. sic verus humilis qz cinerez se reputat. emittit spiramina fragrātissimi virtutis. Et ideo dicitur Ecclesiastici.xxiiij. Sicut cynamomum ꝛ balsamum aromatizans odorez dedi.

Est insuper humilitas in decore mentis valde speciosa ꝛ propter hoc cōparatur virori ꝛ colori viridi: qui sup omnes colores est proportionabilis oculis: ꝛ delectabilis ad videndum. Unde dicitur Ecclesiastici.xl. Gratiā ꝛ speciem desiderabit oculus: ꝛ super oēs virides sationes vel segetes satior viridiorqz ē virtus humilitatis.

Itē nota ꝙ humilitas se humiliat vt ascēdat. Se incinerat vt redoleat. Se mortificat vt resurgat.

Humilitas itaqz se humiliat ꝛ semper inclinat. Sicut enim ramus in quo pendet fructus: ꝛ sicut spica plena grano respicit ꝛ declinat versus terram: sic anima humilis que instar rami que est onusta fructibus bonoꝝ operum: ꝛ ad modum spice granate: est plena granis virtutum: respicit terram. idest propriam fragilitatem ꝛ carnis vel corporis conditionem terrenā. Econtrario ramus erectus monstrat ꝙ in eo est nullus fructus: ꝛ spica erecta ꝙ est granis vacua. Ita homo per superbiam erectus est ad modum rami sterilis ꝛ infructuosi. Et ideo dicit saluator Mat.vij. A fructibus eorum: cognoscetis eos.

Humilitas etiam se incinerat ꝛ puluerizat: ꝛ sic suauius fragrat sicut herbe ꝛ species aromatice plus redolent quanto sunt minutius trite ꝛ puluerizate. vnde dicit Cāti-

coꝝ .iij. Que est ista que ascē dit per desertū: sicut virgula fumi ex aromatibus mirre ⁊ thuris: ⁊ vniuersi pulueris pigmentarij.

Et notandum ꝙ omnis homo debet se puluerem ⁊ cinerem reputare ex parte carnis: de qua certus est ꝙ efficietur puluis Gen. iij. Puluis es ⁊ in puluerem reuerteris. Ex parte anime debet se quilibet puluerē ⁊ cinerē reputare, precipue ꝑꝑ tria. s.

Primo propter vtilitatem. Sicut. n. cinis est vilis q̄ntumcunq; fuerit de preciosa materia: sic anima valde vilis efficitur culpa q̄uis sit valde nobilis ex natura. psal. Ad nihilū deductus est in cōspectu eius malignus.

Secundo propter resistendi difficultatē q: sicut cinis statim dispergitur: ⁊ non potest resistere modico flatui sic homo non potest resistere modice tentationi: immo frequenter cadit ad sibilum modici verbi. Unde dicitur in psal. Non sic impij non sic: s; tanq̄ puluis ⁊c.

Tertio propter resurgendi impossibilitatem. Nam sicut cinis non potest redire ad statū sue materie: sic homo peccator non potest redire ad statū gratie: nisi sola dei virtute: q: dicit Ecclesiastes vij. Nemo pōt corrigere quē deus despexit. Et in psal. Nisi dominus edifica. ⁊c.

Humilitas insuper se mortificat vt resurgat: q: humilis quasi semper considerat mortem propriam: vt resurgat ad vitam.

¶ Et nō ꝙ memoria mortis facit in hoīe ꝑcipue sex bona.

Primo facit peccata vel vitia fugere. Nam sicut latrones timent ⁊ fugiunt faciē iudicis: sic vitia memoria mōtis: ⁊ sicut iumentum cū cauda se defendit a muscis: sic homo a tentatione vitiorū ex cōsideratione mortis. Nam de peccatore dicit Tren. i. Sordes eius in pedibus: idest in affectiōib⁹. Et subdit causā: q: nō ē recordatus finis sui.

Secundo facit mūdū contemnere. Unde dicit Jero. Facile contemnit omnia: qui se semper cogitat moriturum. Nā concupiscentia ocu

lorum contemnitur: quando quis cogitat se in terram reuersuruz. Concupiscentia carnis deprimitur: quando quis cogitat ꝙ corpus in delitijs nutritum: erit cibus vermiū. Superbia vite contemnitur quādo quis cogitat ꝙ ille qui vult esse: supra alios ponetur sub terra: que est infimum elementorum.

Tertio facit seipsum despicere ꝛ propter resolutionem ad terram in suiipsius cognitionem venire: qui modus cognoscendi ſm philosophū: est certissimus inter omnes propterea dicitur in psal. Sciant gentes quoniam homines sunt: idest de humo.

Quarto facit vitā presentem recte regere sicut enim gubernator nauis se ponit in cauda. vt rectius gubernet naue;: sic qui in mari huius mūdi vult recte ꝛ secure nauigare: nouissima sua debet cogitare vel recordari. Naz dicit Ecclesiastici. vij. Memorare nouissima ꝛ in eternum non peccabis.

Quinto facit recte tēperare presentem letitiā: sicut enim fatua est esca sine sale: sic pñs letitia est inepta sine mortis consideratione: instar salis: dulcedinem letitie temporalis miscet cū amaritudine mortis. Unde dr̄ ecclasiastici. xli. O mors ꝗ̄ amara est memoria tua homini iniusto.

Sexto facit recte diuidere pñtem ꝛ futuraz vitam. Qui enim ponit se in articulo mortis ꝛ eā diligenter considerat quasi in medio p̄sentis ꝛ future vite se collocat. ꝛ ideo recte videt quid spernere: ꝛ quid eligere debeat. Ideo dr̄ Ecclesiastici. xi. In die bonorū: ne immemor sis malorū.

¶ Item humilitas est.

Gratiosa instar floris speciosi.

Luminosa instar sideris radiosi.

Uirtuosa instar lapidis preciosi.

¶ Est itaqz humilitas gratiosa instar floris speciosi. Cōparatur autē inter flores precipue viole que est flos modicus ꝛ valde p̄ciosus. ¶ Et nota ꝙ viola est formata instar auicule puc. Pz. n. quod dā rostrū puū: ꝛ ꝗ̄dā puulas alas: ꝛ quādā caudā puulaz:

ita humilitas habet ad modū viole ista tria diminutiua per ꝓpriā reputationē h3 nā q3 rostrū ad laudādū deū h3 ēt alulas vel pēnas ad contēplādū celū. habet caudam ad cogitandū finē ꝓpriū. Hec ē viola ꝑciosa de qua dicit Cāticoꝝ. ij. Ego flos campi. ꝛc.

Est etiaz humilitas luminosa istar sideris radiosi. Nā sic sidus vel stella ē modica i appentia: cū tñ sidus i veritate: vt tradūt mathematici. sic maior tota terra. sic humilis cum sit puus. in veritate est apud deū maxim⁹ ꝛ sua tñ ꝛ hoim reputatiōe vult esse q̄si nullus. ideo dicit Ecclesiastici. xxxiij. Quāto magn⁹ es: humilia teipsuz in oib⁹. Ipa eni ē istar lune. nā sic lune est lūinare qđ minuit ex cōsūmatiōe. vt dr̄ Eccl'iastici. xliij. sic humilis se minorare nititur: cū a deo ꝑ gratiā cōsummat. Sicut virgo maria Luce. i. Quia reputauit se ancillā humilē: cū salutaretur venerabiliter per archangelū gabrielē ꝛ a filio dei eligeret i matrez.

Est etiaz humilitas instar lapidis preciosi virtuosa: Nā lapides ꝑciosi sūt vt plurimuz quātitate modici ꝛ virtute magni. Et nota ꝙ humilitas cōparat spāliter ꝛ ꝓprie quinq3 lapidibus preciosis.

Primo amestito qui reprimit ebrietatē sic humilitas superbiaz: que se inebriat per ābitionē. Vñ supbia est ebria ꝛ non a vino vt dr̄ Johelis. i. Expgiscimini ebrij ꝛ nō a vino, s3 a vēto. s. supbie.

Secundo iaspidi qui fugat fantasmata sic hūilitas honores trāsitorios qui sunt q̄si fantasie: vel somnia. Or dr̄ de superbo Eccl'iastici. xxxiiij. Cor tuū fantasias patit.

Tertio humilitas est sic saphir⁹. Nā sic saphir⁹ reꝑmit hūores seu tūores corpales: ita hūilitas supbas ꝛ āpulosas iflatōes. Ipa. n. nō iflat nō ē ābitiosa: sic de charitate dic apl's prime ad Coꝝ. xiij.

Quarto humilitas est sicut onichinus. Nam sicut onichin⁹ dr̄ hoiez reddere inuictū: sic humilitas reddit inuictū hoiez ꝛ facit de hostib⁹ triūphare. In cui⁹ figura dr̄ ꝙ dauid qui dr̄ humilis: cuz lapidib⁹ funde goliaz interfecit. vt dr̄ primi Reguz. xvij.

Quinto humilitas est sicut dyamas. Nã sicut dymas est lapis qui reddit hominē gratiosuз: sic humilitas hoiēз deo ꝛ hoib⁹ facit eē placentē ꝛ gratū. vñ dr̄ de humilitate Deut. xxiij. Sit placēs fratrib⁹ suis. Et sicut coram deo ꝛ hominibus est supbia odiosa vt dicit̄ Eccl'iastici. x. ita humilitas est deo et hominibus gratiosa.

Item humilitas cum deo quasi de pari contendit cum diuina liberalitate eius gratiam semper recipiendo.

Superbiā circonuenit ꝛ despicit: meliorem partem eligendo.

Dyabolum despicit: eius laqueos euadendo.

¶ Humilitas igitur quasi ꝺ pari contendit cum diuina liberalitate: quia quanto diuina liberalitas aīe plura tribuit tanto ipsa ad recipiendum fit capatior: ꝛ hoc triplici arte: scilicet.

Se dilatando par gratiaruз actionem.

Incuruando per deuotā orationem.

Euacuando per modicaз sui reputationem.

¶ Primo eniз humilitas cū recipit dei beneficia gratias agendo se dilatat: ꝛ sic recipiendo parat semper locum vt deus amplius infundat. Unde ipsa vas admirabile opus excelsi. vt dicitur Ecclesiastici. xliij. Et bene humilitas vas admirabile dicitur: qꝛ dū impletur: de impletione capatior efficitur.

Secundo humilitas per orationē se incuruat: ꝛ sic ad magis hauriendum se preparat naз sicut ydria curuatur vt hauriat aquam sic humilitas se incuruat vt hauriat: ꝛ hoc orando gratiam diuinam. ꝛ quanto deus amplius donat: tanto ipsa amplius postulat: immo nunquaз petere cessat: ꝛ ideo in ea impletur quod dicitur Ecclesiastici. xviij. Cuз consumauerit homo: tunc incipiet.

Tertio humilitas per propriam reputationem se euacuat: ꝛ quodammodo se extimauit ꝛ per consequens ad recipiendum capatior fit. ꝛ hoc triplici arte existit: quia dum gratiam dei in plenitudine recipit: seipsum tam vacuam recognoscit. ideo in

persona dei dicitur de humi
libus Ecclesiastici. xxiiij. Qui
bibunt me adhuc sitient.
¶ Item humilitas etiam su-
perbiā circonuenit: meliorez
partē eligendo. Et nota spāli
ter decē in quibus humilitas
respectu superbie eligit melio
rem ptez. Superbia. n. eligit
quod est extra: humilitas qđ
est intra. De pmo dr Matt.
xxiij. Omnia opera sua facit
vt videat ab hoibus. De hu-
milibus vero dicit apłus. ij.
Coꝛ. i. Gloꝛia nostra hec est
testimoniū cōscientie nostre.
Superbia eligit sarpillas: hu
militas toꝛtillas.
Superbia eligit coꝛticem hu
militas nucleum.
Superbia eligit paleam: hu-
militas granum.
Superbia eligit floꝛes: humi
litas fructum iuxta illud Can
ticoꝛ. ij. Fructus eius dulcis
gutturi meo.

Superbia eligit mon
tes humilitas valles. Et no-
ta qꝫ in montibꝰ sunt qttuoꝛ
mala. s. ariditas indeuotionis:
durities incōpassionis: sterili
tas operatiōis ꝛ pcipitiū dā
natiōis. Humilitas vero eli
git valles in quibus sunt qt-
tuoꝛ bona: illis malis opposi
ta. Nā sicut valles cōtra ari
ditatē sunt irrigue: contra du
ritiā sunt molles: contra steri
litatē sunt fructifere: ɔtra pre
cipitiū sunt secure: sic humi-
les ad modū vallis sunt irri-
gui per deuotionez: ꝛ molles
per cōpassionez fructiferi per
bonā operationez: securi per
diuinā protectionē: qꝛ in infer
no nō opoꝛtet timerꝭ pcipitiū.
Superbia eligit pulchꝛuz: hu
militas bonum.
Superbia eligit ymaginem:
humilitas veritatem.

Superbia eligit cōte
tionē. i. locū supioꝛez pro quo
contēdunt ābitiosi: humilitas
pacē. s. locū inferioꝛē: pro quo
nullus cōtendit. Jō dicit sal-
uatoꝛ Luce. xiiij. Recūbe in
nouissimo loco. Et sic i pace
factꝰ est locꝰ eiꝰ: vt dr in psal.

Superbia eligit esse i
oꝛe hoim: ꝛ ideo non est mix
si sentit aliqnādo moꝛsus de
tractionis: humilitas vero eli
git esse in iudicio dei: per quē
soluz vult iudicari. sicut dicit
apłs ad Coꝛ. iiij. Qui autem
iudicat me: dominus est.
Humilitas isuper de

spicit ꝛ puipendit dyabolum: ei⁹.s.laqueos euadendo. Nã sicut pisciculi euadunt sagenã sic humiles rete.i. tẽtationes dyabolicas. In cuius figura rex caldeoꝝ transtulit in babyloniã: ꝛ captiuauit nobiles ꝛ potentes: ꝛ dimisit pauperes. i. agricolas ꝛ vinitores. vt dicit quarto Regũ. xxiiij.

Humilitas isuper habet motum incitatiuũ.i. causas multas que hominez mouere debent ad se humiliandum. vnde nota ꝙ sunt quinq3 cause precipue: ex quarum consideratione debet homo seipsum humiliare: scilicet si consideret.

Que sunt infra.
Que sunt intra.
Que sunt iuxta.
Que sunt contra
Que sunt supra.

¶ Prima igitur causa humilitatis est consideratio creature corporalis que in homine est debet igitur creaturas corporales diligenter considerare: ꝛ ex illis humilitatẽ haurire. si. n. consideret terram: videt proprium sepulchrũ. si attendat ignem super terrã videt supplitiũ peccatorũ: si cõsideret quadrupedia vite videt ea fortiora: si volatilia videt ea leuiora ꝛ agiliora. si terre nascentia: videt meliora: sicut fructus ꝛ pulchriora: sicut flores. Ultimo si consideret proprium subiectũ: videt ꝙ in principio est semẽ immundũ in medio saccus stercorũ: ꝛ in fine cibus vermium. vt dicit Ber. Et iteruz vide vnde veneris: ꝛ erubesce vbi es: ꝛ ingemisce quo vadis ꝛ contremisce. Et ita cũ homo diligẽter cõsiderat ꝓprias vilitates tũc humilitas resumit vires. Sicut enim muscus in locis ferentibus recuperat odorez. sic humilitas fragrãtior efficitur cũ quis considerat propriã vilitatem. Et ideo dicebat abraã Gene. xviij. Loq̃r ad dominum meum: cũ sim puluis a cinis.

Secunda causa humilitas est cõsideratio status interioris. Oĩs aũt homo aut sit se esse peccatorẽ: aut iustuz. si sciat se esse peccatorẽ: multũ dꝫ humiliari: q2 q̃tũ ad hoc deterior est cane: vel buffone: q2 pctõr est debitor tpalis ꝛ eterne mortis: illa vero soluz tpalis ꝛ i illis soluz ẽ miseria

pene in peccatoribus vero pe ne ⁊ culpe ⁊ in hoc sunt similes dyabolo. Si aũt fuerit peccator aliquãdo: nescit vtrũ iustificatus est a peccato. q2 dr̃ Ecclesiastici.ij. Nescit homo vtruȝ amore in odio dignus sit. sed omnia in futuro seruãtis incerta. Si aũt sciat aliqs se esse in gratia: tñ se humiliare dȝ ꝓpter quattuor que interdũ etiã viris iustis ⁊ perfectis nocẽt. s. negligẽtia ꝓficiẽdi: difficultas stãdi vel perseuerãdi: facilitas cadendi etiaȝ ad sibilũ vnius mõi verbi difficultas vel ipossibilitas resurgendi. Homo. n. potest per se ire ad culpã: sed per se nõ potest redire ad gratiã: quia dicitur in psal. Spiritus vadẽs ⁊ non rediens.

Tertia causa humilitatis est ꝯsiderare se de ꝓximis nr̃is. Videmus. n. multos de fratrib⁹ ⁊ ꝓximis nostris in scientia ⁊ virtutib⁹ ꝓfecisse. ⁊ nos i peccato vel ignorãtia remãsisse. vñ debem⁹ erubescere. Videmus etiã multos fratres ⁊ ꝓximos cecos mẽdicos ⁊ diuersis miserijs afflictos. ⁊ ideo debemus compati timere ⁊ deo grati ⁊ humiles eẽ: ⁊ laudare eũ: q nos potuit ⁊ põt similia ex sua eqtare infligere ⁊ ex sua pietate custodire. Et ꝓpter hãc cãȝ humilitatis dr̃ Job. v. Visitãs speciẽ tuã nõ peccabis. Visitãs speciẽ tuã. s. i ꝓximũ q ẽ spẽs tua: vel species vna tecum.

Quarta causa humilitatis est cõsideratio hostis aduersantis: cui sine dei adiutorio nõ possumus resistere. immo si cõparati fuerim⁹ ei ipe quasi gygas: ⁊ nos q̃si locuste vt dr̃ numeroꝝ. xiij. cui⁹ etiaȝ tãta est crudelitas: q̄ nos omni hora trãsglutiret: nisi etiam diuina ꝓtectio nos custodiret q2 dr̃ Trenoꝝ. ij. Mic dñi q2 nõ sumus ꝯsumpti. cui debemus totã virtutẽ ascribere.

Quinta causa humilitatis ẽ ꝯsideratio diuine magnitudinis: cui tenemur humiliter subesse ꝓpter bñficiũ creationis iuxta illud psal. Ipse fecit nos: ⁊ nõ ipsi nos ⁊ propter bñficiũ redẽptiõis. iuxta illud Ecclesiastici. xxix. Gratiã fideiussoris tui. ne obliuiscaris. Humiliare etiã debemus nos deo: cuius potentiã euadere nõ possumus cuius sapientiã latere non possum⁹

cuius iustitiam corrumpere
non possumus.
Unde notandū iuxta
hoc ꝙ tribus de causis debꝫ
se qs inclinare ꝛ dimittere.
Primo quādo videt
capiti suo gladiuꝫ imminere:
sic nos debemus humiliari
ꝛ timere: ꝙ videmus super ca
put nostruꝫ gladium diuine
sententie vibrare. Unde dici
tur prime Petri.v. Humi-
liamini sub potēti manu dei.
Secundo inclinat se
aliquis quando oportet ipuꝫ
transire per hostiuꝫ bassum.
sic nos debemus humiliari q
ad vitā trāsituri sumus p ho
stiū bassuꝫ ꝛ humile quod est
christus qꝛ dicit Joannis.x.
Ego sum hostiū per me si qs
introierit saluabitur.
Tertio cōsueuit quis
inclinare se: quando videt su
periorē se in inferiori loco se-
dere.non.n.est dicēs militē se
dere in scāno: si rex sederet in
pauimento sic nos humiliari
est necessariū cū videamus re
gem glorie propter nos intm̄
humiliatuꝫ. Unde dr̄ Matt.
x. Sufficit seruo si sit sicut do
minꝰ eiꝰ. Simile dicit Job.xv.

Item habet humilitas
multiplex signuꝫ demonstra
tiuū. Et nota ꝙ quinqꝫ sunt
signa iter alia humilitatis de
monstratiua.
Primū est humilem
amare.exēplo creaturaꝝ que
diligunt sibi similes quia di-
citur Ecclesiastici.xiij. Omne
animal diligit sibi simile.
Secundum est hono
res ꝛ laudes fugere sicut mel
venenatuꝫ: ꝛ sicut sagittas li-
mitas ꝛ venenatas: exemplo
christi qui fugit cuꝫ turbe vel
lent eum facere regem vt di-
citur Joannis.vi.
Tertium signū est op
probria ꝛ contumelia equani
miter tolerare: exemplo da-
uid qui cuꝫ semel male dice-
ret ei dixit abisay regeꝫ vindi
care volenti. Dimitte euꝫ vt
maledicat mihi. ij. Re. xvi.
Et exemplo apostolorum de
quibus dicitur Act.v.ꝙ ibāt
gaudentes a conspectu con-
silij.quoniā digni habiti sunt
pro nomine iesu contumelias
pati. Ideo dicitur de humili-
tate Treñ. iij. Saturabitur
opprobrijs.

Quartum signum est vilia officia non recusaro.exẽplo abigail quã cũ dauid vellet ducere in vxorẽ respondit. Ecce famula tua sit in ancillaz.vt lauet pedes seruoꝝ dñi mei.vt habetur.i. Reg.xxv.

Quintum signum est libẽter obedire.exẽplo christi qui humiliauit semetipm factus obediens vsq3 ad mortẽ vt ait apostolus ad Philip.ij.

Habet etiã humilitas multiplicem gradũ distributiuũ. Unde nota ꝗ tres sunt gradus humilitatis sicut dicit glosa Matthei.iij.

Primus est subesse maiori:nec ꝑferre se equali ⁊ hec est sufficiens ⁊ necessaria.

Secũdus gradus est subesse pari:nec se preferre minori nec nõ velle ꝑferri:⁊ hec est humilitas copiosa.

Terti⁹ gradus est subesse minori:⁊ nemini velle preferri.⁊ hec est humilitas excellens ⁊ ꝑfecta. Et ideo humilitas cũ his gradibus suis elegãter figuratꝛ per altare tabernaculi qḋ hẽbat tres cubitos in altitudine.vt dr̃ Exo.xxvij.

¶ Item scd̃m alios: gradus humilitatis sunt quattuor.
Primus est spernere mũdũ.
Secundus spernere nullu3
Tertius est:spernere seipsu3.
Quart⁹ est contẽnere se semꝑ:vel nõ curare sui ꝯtẽptu3. Ideo humilitas per istũ quadruplicem gradum figuratur satis apte per rationale in quo erant quattuor versus vel ordines gemmarũ.vt habetur Exo.xxviij.

¶ De mansuetudine vel mititate. capitulum.xxxvij.

E mãsuetudĩe vel mititate que est secunda beatitudo:specialiter sunt tria notanda.

Mansuetudo namq3 vel mititas.
Habet pacem ⁊ societatem cum proximo.
Habet gratiam ⁊ familiaritatem cum deo.
Habet regnum ⁊ hereditatem in celo.
Habet enim homo mitis ⁊ mansuetus cum ꝓximo pacẽ ⁊ societatẽ:⁊ cum his qui oderunt pace3 scit esse pacificus. ¶ Sicut enim contra lapidẽ machine opponitur aliquid molle per quod frãgitur im-

petus violētie sue:sic ⁊ vir mitis frangit irā ⁊ impetuz indignationis opponēdo mollitiē responsionis q2 dr̃ Prouer. xv. Responsio mollis frangit irā. Habet etiaz homo mitis cum deo familiaritatē. Et nō ꝙ signum triplex est ꝙ homo mitis deo sit familiaris.

Primum est ꝙ deus mites libēter exaudit sicut videmus ꝙ a rege obtinent qđ volunt qui ei familiares existunt. Unde dicit̃ Judith.ix. Humiliū ⁊ mansuetoruz tibi semper placuit deprecatio.

Secundum signū est ꝙ de⁹ in anima miti libenter pausat ⁊ dormit. Māsuetudo enim est sicut culcitra mollis in lecto floride cōscie de quo dr̃ cāti.i. Lectulus nr̃ floridus.

Tertium signū est ꝙ deus ad videndū ⁊ loquendū se ōndit miti vel exhibet sicut videmus ꝙ illi qui sunt familiares prelatis:qñ volunt ad eos intrant ⁊ loquunt̃ pro voluntate cū eis:sic homo mitis loquitur cū deo:vt legit̃ moyse. Exo.xxxiij. Qui loquebat̃ cuz deo facie ad faciē. sicut solet loqui amicus ad amicum suuz causa inter alias erat q2 homo mitissim⁹ erat. vt dicit̃ Numeri.xij. Habet insuper homo mitis hereditatē in celo. vt dicit̃ Mat.v. Beati mites qm̃ ipsi possidebūt terraz scilicet viuētiū. Et nota ꝙ triplex est ratio quare mites possident celum.

¶ Prima est q2 ipsi possidentur a deo:⁊ iō lege vicissitudinis possidebūt deū in celo:q2 dicit Augu. Nullus erit dei possessio : nisi cius quem ipse prius possederit.

Secunda ratio est:q2 mites possidēt corda sua ⁊ dominantur sibiipsis:quod non faciunt iracundi: imo ira dominatur eis. Ideo dicit sap. prouer.xiij. Melior est qui dominatur animo suo. expugnatore vrbium.

Tertia ratio est:q2 mites possidēt hic bona sua. Mites autem sciunt hic bona spiritualia optime possidere: q2 nulla aduersitas potest eis ipsa auferre.quod iracundi facere nesciunt:immo bona spiritualia:si que habent:per impatientiam perdunt. vt dicitur Prouer.xix. Qui impatiens est:sustinebit damnuz scilicet

non solum boni exterioris qd perdit in via: sed etiã boni interioris quod ipse effundit.

Mites etiã bona temporalia possidere sciunt: quia sibi non permittunt dominari. quod nesciunt facere auari et cupidi: qr diuitiarum suarũ nesciunt esse domini: sed potius serui: qr dicitur in psal. Viri diuitiarum: non diuitie virorum. Quia igitur mites vt dictũ est: se et sua possidere sciunt: merito terram viuentiũ possidebunt. Et nota q mititatem vel mansuetudinẽ hominis natura ministrat.

Corporis figura demonstrat
Canonis scriptura cõmẽdat.

¶ Mititas igit a natura ministratur: et cũ homine a natura copulatur vel concreatur. Nã dicit phũs q homo est animal natura mansuetuz. sicut leoni a natura in est crudelitas: sic homini mansuetudo vel mititas. Mãsuetus. n. dicitur quasi manu assuetus. et ideo hõ qui relicta mãsuetudine regitur crudeliter nõ est homo sed bestia siluestris.

Mititas etiam figura humana demonstratur. Figura eni hominis exterior quandam dulcedinẽ et affabilitatez demonstrat et mititatẽ interiorez. In omni siquidẽ animalis specie figura corporis exterioris signũ est nature interioris. sicut enim videmus q vngues magis fortes et acuti et magna et ampla labia signũt rabiem et crudelitatẽ leonis et canis sic naturaliter hõ habens faciem venustã et carnẽ mollez et cutẽ leuem et vngues breues et modicitatem oris et gratiã in oculis tñ mansuetudinem signũt et multa alia testimonia mititatis que possent dari. Et ecõuerso videmus q homo iratus habet tortam et hirsutã faciem et exuit humanam naturã et induit furiaz: et quodãmodo exterior effigies monstrat q homo iratus iaz non est hõ: sed incipit esse bestia: iuxta illud psal. Comparatus est iumentis etc. Mansuetudo insup vel mititas in scriptura valde cõmendatur. Dicitur enim de mediatore nostro Jere. xi. Ego sicut agnus mansuet[9] qui portatur ad victimam. Et iterum dicit psal. Propter veritatẽ et mansuetudinẽ et iusticiã etc. Vñ nota tria que recte hoiem deducũt que sunt mansuetudo cordis

veritas oris iusticia operis.

¶ De fletu.capitulu3. xxxviij.

De fletu qui est tertia beatitudo nota specialiter tria:scilicet q est.

Fletus compunctionis.et est

Fletus compassionis.et

Fletus deuotionis.

¶ Primus fletus.s. compunctionis est sicut colliriu medicatiuum. Unde apoc.iij.Collirio inuge oculos tuos. Sicut enim colliriu purgando oculos turbat visu3 et in turbado purificat: sic fletus copunctionis animam turbat per penitentia3 sed medicat per gratiam. De hoc fletu dicitur in psal. Exitus aquarum deduxerunt o.etc.

Secundus fletus est copassionis et est sicut vngue tu3 lenificatiuu. Na3 sicut vnguentu3 vnguedo sanat membra paralitica:sic humor compassionis sanat cupidos et paralisi.i.ab auaritia. Et nota q ad vnguendu et sanandu membra infirma precipue tria sunt necessaria.s.ignis vnguentu et confricatio manuu:sic ad opus misericordie requirit ignis dilectionis vnguentu copassionis et manus subuentionis. De hoc fletu dicit Jo.xxx. Flebam quoda3 super eo qui afflictus erat et compatiebatur anima mea pauperi.

Tertius fletus scilicet deuotionis est sicut balneum delectatiuum. Unde anima in qua sunt lachryme deuotionis natat in deuotione et lachrymis sicut piscis in flumine. Nam dicitur Prouer.xiiij. Cor quod nouit amaritudinem anime sue in gaudio illius non miscebitur extraneus.

Item nota q sex sunt fletus incitamenta et sex fletus impedimenta et sex fletus emolumenta.

Fletus igitur incitamenta sunt sex.

Primu3 est recognitio proprie culpe. Nam dicitur in psal. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei: quia non custo.l.t.

Secundum est incolatus presentis vite. vt dicitur similiter in psal. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est.

Tertium est timor gehenne. Na dr tre.i. Plorans

plorauit in nocte.i.in peccato.

Quartum est recordatio passionis dominice. psal. Fuerunt mihi lachrýme mee panes die ac nocte.

Quintuz est cōpassio humane miserie. vt dicitur ad Ro.xij. Flere cum flentibus.

Sextū est desiderium celestis patrie psal. Super flumina babilonis.i. calcādo delectationē transitoriā sedimꝰ per quietā meditationē ꝛ fleuimꝰ ꝓpter celestis patrie delectationē vn̄ sequitur: dū recordaremur syon. Sicut iterdum peregrinus lachrymari cogit̄: cū sue patrie recordat̄.

Sex sunt etiaz fletus impedimēta. Primū est superbie elatio: sicut videmꝰ ꝙ mōtes ꝛ alta loca ꝯsueuerūt esse arida: sic mōs elationis ꝛ superbie est aridus. Vn̄ dr̄ Josue xv. Terrā arentē dedisti mihi: iunge ꝛ irriguā. sic ecōuerso humiles abundant lachrymis. sicut videmus ꝙ valles abundāt aquis. Nā humilitas est vallis lachrymaꝝ.

Secundū impedimētuz est terrenoꝝ affectio: sicut videmꝰ ꝙ terra inspissat aquā ꝛ turbat ꝛ redigit in lutū. Vn̄ dicitur in figura huius Gen̄. iiij. ꝙ cayn interfecit abel. Cayn itꝰpretat̄ possessio: abel luctus. Cayn igit̄ abel interfecit qn̄ possessio ꝛ affectio terrenorū: lachrymaꝝ irriguū interficit ꝛ interrūpit. Ideo dicit̄ in figura huiꝰ Gen̄.xxvi. ꝙ oēs puteos quos fecerūt sui isaac obstruxerunt Phil̄.stimi: implentes terrenoꝛuz affectione puteos deuotionis.

Tertiuz impedimētū est cordis incōpassio: sicut videmus ꝙ de rupe nō scaturit aqua nisi miraculose. Unde dicit̄ Gen̄.xxix. ꝙ puteꝰ grandi lapide claudebat̄. Per os putei irriguū deuotionis itelligit̄: ꝛ tunc grandi lapide clauditur quando fletus propter cordis duritiaz impeditur.

Quartuz impedimentum est nimia occupatio. sicut videmus ꝙ in estate qḋ est tēpus occupatū valde fontes ꝛ putei exsiccantur. Contra hoc dicitur Isa. xxij. Recedite a me amare flebo.

Quintū impedimētū est ignorantie excusatio. sicut videmꝰ ꝙ freneticus ꝛ fatuus

non potest flere sed ridere qr non cognoscit morbuz suum. Hoc ipedimētū tangit dñs Luc.xix. dicens. Si cognouisses ꝛ tu: fleres supple.

Sextū impedimētuz est peccati multitudo sicut.n. videmus q̄ nimiū frigus congelat aquas ita magnuz gelu peccati ipedit lachrymas. Jō dicitur Mat.xxiiij. Qm̄ abūdabit iniquitas: refrigescit caritas multoꝝ ꝛ per ꝯsequens cessauit irriguū lachrymaruz. Quia vt dicit Greg. in moralibus. Vis amoris per lachrymas emanat. ꝛ ideo vbi amor nō est: lachryma cessat.

Sex sunt etiam fletus emolumēta vel vtilitates. Vnde nota q̄ lachryma spm̄ contritū lauat: spm̄ deuotuz leuat: spm̄ malignū necat terrā cordis irrigat: sitiz sedat: orando efficaciter ipetat.

Prio ergo lachryma spm̄ contritū lauat vnde figuratur per mare eneū.iij. Reg. vij. in quo ingressu tabernaculuz lauabant manus ꝛ pedes i. opera ꝛ affectiones.

Secundo leuat aīam deuotaz. s. per contēplationez. Quod figurat per diluuium Geñ. vij. Multiplicate sunt aque ꝛ eleuauerunt archaz in sublime a terra. i. conscientiaz ad sublimia contēplationis.

Tertio spiritum maliгnuz lachrymas necat. qd̄ figurat per mare rubruz. Exo. xiiij. vbi submersus ē pharao ꝛ exercitus eius. i. dyabolus ꝛ oīs malignus spiritus. Nam dicitur in psal. Contribulasti capita draconū in aquis: idest tentationes demonuz in fletibus lachrymosis.

Quarto lachryma terraz cordis irrigat ꝛ fecundat. quod figurat per fontē paradisi Geñ. ij. Fons ascendebat de terra. s. irriguū lachrymaꝝ irrigans vniuersaz superficiē terre ad producendū fructus bonoꝝ operū. Naz dicitur in psal. Qui seminant in lachrymis in exultatione metent.

Quīto lachryma sitiz ꝛ ardorē concupiscentie sedat sicut contra sitim curritur ad fontez: ꝛ contra ignē curritur ad aquā. sic contra ꝯcupiscentie ignē ꝛ incendiū: currendū est ad fontē lachrymarū. Vñ dicit Greg. in mora. q̄ flam-

maz suggestionis extinguit ci tius aqua lachryma.

Sexto lachryma effi caciliter orãdo ĩpetrat. Et nota ꝙ de hoc sunt nouez exempla pcipua in scriptura. Primũ Anne. de qua dr. i. Reg. i. ꝙ cũ esset anna amaro aio: orauit ad dñm flẽs largiter. que a deo exaudita est. Scdꝫ ezechie. cui dictũ est Jsa. xxxviij. Vidi lachrymaꝫ tuam ⁊ ecce sanaui te. Tertiũ est thobie. Quartũ est sarre. De his duobus dicit Thob. xij. ꝙ orauit thobias cum lachrymis: ⁊ sarra similiter. ⁊ exaudite sunt preces amborũ. v. est Judith que dixit. Judith. viij. ¶ Jndulgentiaꝫ ipsius fusis lachrymis postulemus: quod ⁊ fecit ⁊ deus eam exaudiuit.

Sextuꝫ dauid de quo dicit in psal. Posuisti lachrymas meas in conspectu tuo.

Septimum est marie magdalene que pedes saluatoris lauit lachrymis ⁊ misericordiã ĩpetrauit vt dr Lu. vij.

Octauuꝫ est petri. de quo dicit Matt. xxvi. q̃ꝫ post trinã negationẽ fleuit amare ⁊ obtinuit remissionem.

Nonuꝫ est christi. de quo dicit apostolus ad Heb. v. ꝙ cum clamore valido ⁊ lachrymis auferens exauditus pro sua reuerẽtia. s. xps. Propter hãc efficatiaꝫ lachrymaꝝ dicit Aug. ꝙ lachryme violente sunt in precibus. Et glo. Tho. iiij. dicit ꝙ oratio deum leuit: ⁊ lachryma cogit.

¶ De esurie ⁊ siti iustitie.

De esurie ⁊ siti iustitie que est quarta beatitudo: nihil ad presens aliud est dicẽdũ q̃ꝫ qđ in tractatu de virtute iustitie superi⁹ dictuꝫ est.

¶ De misericordia. cap. xxxix.

E misericordia q̃ est quita beatitudo sunt spãliter tria notanda: scilicet. Cõparationes quib⁹ figurat. Meditatiões cũ qb⁹ adiuuat. Opationes cũ quib⁹ occupat. Primo eniꝫ notãde sunt ei⁹ figurales cõparationes. Vñ nota ꝙ misericordia est.
Jnterna christi passio.
Prima christi lectio
Optima christi vnctio:
¶ Primo ergo misericordia est interna xpi passio. i. cõpassio que melior est ⁊ maior fuit q̃ꝫ aliqua passio. vnde nota ꝙ

duplex fuit crux christi.s.exte-
rior que fuit lignea: ⁊ interior
que fuit aurea.exterior fuit pas
sionis ⁊ pnie interior fuit cō-
passionis ⁊ misericordie. Jō
christus dicit pro nobis aīaȝ
posuisse:prius q̄ȝ carnē. vnde
dicit.i.Jo.iij.Christus pro no
bis animā suaȝ posuit: ⁊ nos
debemus pro fratribꝰ animaȝ
ponere. Et sicut dolor passio-
nis Christi nō habuit parem
ita dolor compassionis nō ha
buit similē.Trenoꝝ.i. O vos
omnes qui transitis per viā
attendite ⁊ videte ⁊c.

Secūdo misericordia
est summa christi lectio. vt di
cit Ambrosius.Jn signū hu-
ius christus in hac lectiōe pre
ceteris examinabit scholares
suos in die districti iudicij di
cens.Esuriui ⁊ nō dedisti mi
hi manducare ⁊c. Matt.xxv.
Discholi qui nesciunt huius
lectionis:scilicet misericordie
versiculum ineternum senti-
ent sine pietate flagellū.Quia
dicitur Jacobi.ij. Judicium
sine misericordia fiet illi qui
non fecit misericordiaȝ.

Tertio misericordia ē
optima christi vnctio. Nā cū
sit triplex vnguentū.s.contriti
onis deuotionis ⁊ compassi-
onis vnguentū compassionis
optimū est vt dicit Ber.Bo
num est inquit vnguentū qđ
de recordatione peccatorum
nascitur:melius qđ ex deuoti
one conficitur.porro vtrunqȝ
vincit compassio caritatis vel
pietatis.Et nō ꝙ isto vnguen
to deberent tria perungi.s.ca
put.i.intentio pedes.i.affectio
manus idest operatio.quia in
his tribus.s.intentione affecti
one ⁊ operatione debet: preci
pue relucere. De vnctione ca
pitis dicitur Matt.vi. Vnde
caput tuū de vnctione peduȝ
dicit Luce.vij.ꝙ maria vnxit
pedes iesu.De vnctione ma-
nuum dicitur.Canti.v.Ma-
nus mee stillauerunt myrrhā
⁊ digiti mei pleni mirrha pro
batissima.

¶ Jtem nota ꝙ misericordia.
Decenter conuersatur.
Prudenter negociatur.
Abundanter remuneratur.

¶ Primo mia facit hominē
decenter ꝯuersari. Nam vir
pius ⁊ misericors bñdicitur a
deo placet ꝓprimo ⁊ natat in
oleo bñdicit a deo per grē ef-
fusionē placet ꝓprimo per iu-
stam conuersationeȝ.natat in
oleo per internā deuotionem

Hec tria simul figurantur. Deut.xxxiij. Bñdict⁹ fili⁹ aser: q̄tū ad p̄mū sit placēs fratri b⁹: q̄tuz ad s̄m ⁊ intingat in oleo caput suū: q̄tū ad tertiū.

Secundo misericordia prudenter operat̄. Nā de malis aliorū meliorat̄: de sordib⁹ lauatur: de pauptate di tat̄: de infirmitate sanatur: de onere alleuiat̄. Ipsa.n.oibus cōpatit̄ oim onera portare nititur. ⁊ quāto plus onera assumit: tāto plus lucratur ⁊ velocius currit. Iō dicit apostolus ad Galt̄. vi. Alter alteri⁹ onera portate ⁊c̄. Et nota q̄ misericors homo instar prudentis mercatoris cōsiderat tria. Nā mutat libenter regi qui potest sibi capitale reddere ⁊ dānū resarsire: ⁊ vsuras ⁊ lucrū soluere. talis rex liberalis est de⁹ qui mercatorib⁹ suis ↄsuenit capitale custodire: ⁊ conseruādo gratiā dāna resarsire: remittēdo culpā vsuras soluere. s. largiēdo gloriaz ⁊ eternā vitā. De ista mercatura dr̄ Matt.xxv. prudētes virgīes acceperūt oleū i vasis suis cū lāpadib⁹. s. oleū mie ⁊ ↄpassionis in vasis suis. i. i interiorib⁹ vasis cordis: quia sicut ignis sine oleo nō ardet in lāpade: sic ignis caritatis sine oleo misericordie nō ardet in corde. Hāc negociationem docuit summ⁹ mercator scz xp̄s. Matt.xix. Uade ⁊ vēde oia q̄ possides: ⁊ da paupib⁹. Nō ēt misericors ad moduz bōi ⁊ idustrij mercatoris: iuocat vel renouat veteres merces i nouas: ⁊ viles i p̄ciosas ⁊ quodāmodo circūuenit deum in sua negociatiōe: q2 p̄ calice aque frigide recipit torrētē voluptatis eterne. vñ dic̄ Aug. prebe tectū ⁊ accipe celū Et iō dr̄. Osee.xi. Circūuenit me i negociatiōe sua effrayz.

Tertio misericordia abūdāter remunerat̄. Vñ nota q̄ due virtutes valde copiose ⁊ plene veniūt ad iudiciū pp̄ qd̄ recipiūt salariuz valde copiosuz. s. caritas ⁊ mia. Caritas enim aliena bona facit sua. Iuxta illud psal.

Particeps ergo sum omniū timētiū te. ⁊c̄. Misericordia facit aliena mala sua: iuxta illud. ij. Cor. i. Sicut socij estis passionuz ita ⁊ consolationū. Hec est enim lex fideliū mercatorū. s. sicut sunt socij in dāno ita sint socij in lucro.

¶ Itē nota q̄ misericordia .ē.
Uirtus que cunctas superat
Modus qui reuz liberat.
Clauis que celū reserat.
¶ Prio igitur misericordia est virtus ceteras virtutes superans ⁊ spāliter excedit tres virtutes inter alias excellenter .s. penitētiā .q2 penitētia immolat corpus: mia vero aiaz. Ideo dic̄ apl's .i. Thi. iiij. Corporalis exercitatio .i. penitentia: ad modicum vtilis est .s. respectiue pietas aūt ad oia. valet ꝓmissionez bn̄s vite que nunc est ⁊ future Misericordia etiā superat caritatem: in eo q̄ caritas est fluuius diuine pietatis: ⁊ currit cuz alueis suis: ⁊ non erit extra rippas: q2 solū bonū diligit ⁊ sua cōicat pietas vero ⁊ mia extra rippas iundat ⁊ sua bonis ⁊ malis cōicat ⁊ iō nō solū bona ꝓximoꝝ: sed etiā mala libētissime portat. Iuxta apl'uz ij. Coꝝ. xi. Quis infirmatur ⁊ ego non infirmor? quis scādalizatur ⁊ ego non vror?
Misericordia nihilomin⁹ superat iustitiā ⁊ in signū hui⁹ de curia iustitie .si est a peccatore suspecta: licet ad consistorium mie appellare. vt dicit Ber. Nā dicit iacobus Misericordia superexaltat iudiciū. Et de hac excellētia misericordie respectu aliarū virtutuz dr̄ in psal. Miserationes eius: super omnia op̄a eius.

Secundo misericordia ē modus absolutionis optimus liberās reū: ⁊ deū obligans reū itaq3 liberat a delicto vel debito decē miliū talentoꝝ. Et nota q̄ homo misericors: de remissione peccatoꝝ suoꝝ habz specialiter tria paria litterarū .i. tria testimonia euangelica: q̄ homini pio denunciant peccata remissa Primū est Matth. v. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiā consequentur. Scd̄m est Matt. vi. Si dimiseritis hominibus peccata eorum ⁊ pater vester celestis peccata vestra dimittet. Tertium est. Luce. vi. Dimittite ⁊ dimittemini. Et non solum misericordia a delicto liberat: verū etiam ad sanandum hominē deū obligat. Nā dicit̄ Prouer. xix. Feneratur domino: qui miseretur proximo.

Tertio misericordia est clauis celum reserās. Unde in figura huius dicitur q̄ christus ascendit in celum de

monte oliueti. Act.i. Qui figuratur eminentia misericordie. Christus qui dr̃ vnctus ē homo misericors vnctus vnctione pietatis: talis ascendit in celū: q2 homini pio reserat aula celestis glorie.

Et nota q̄ duo ostia facit pietas in celo: cū homo misericors intus cōpatitur: ꝛ proximo extra subuenit: quod optime figuratur .iij. Reg. vi. vbi dr̃ q̄ salomō fecit i ingressu oraculi duo ostiola de oliuis que quidē sunt duplex misericordia. s. corporalis ꝛ spiritualis corporalis subueniēdo spiritualis cōpatiendo.

Secūdo notāde sunt meditationes: in quibus adiuuat mia: ꝛ homo misericors ad miserandū mouet. Unde nota q̄ tria sunt que mouēt hominē ad misericordiā.

Primuz est naturale conformitas. Omnes. n. vnū habemus principiuz: ex vno patre sumus geniti ꝛ omnes sumus filij dei ꝛ iō debemus inuicem compati: sicut si essemus fratres germani. Unde dicitur Matth. xxiij. Omnes enim vos fratres estis. Et iō dicitur Isa. lviij. Cuz videris nudum operi eum ꝛ carnem tuam ne despexeris.

Secundum motiuuz misericordie est propria indigētia vel necessitas: q2 homo qui bene considerat ꝓpriam miseriā: facilius ꝛ libentius releuat alienā. Nā dicitur Ecclesiastici. xxxi. Et teipso intellige que sunt proximi tui.

Tertiū motiuū pietatis est christi ꝛ mēbrorū suoꝝ scilicet pauperū amor ꝛ vnitas a deo nāq3 xp̄s afficitur ad amorez pauperuz q̄ quid quid fit eis: reputat sibi factū. Quia dr̃ Matth. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis.

Tertio notande sunt operationes quib9 misericordia occupatur. Et notandum q̄ septez sunt opera misericordie corporalia: ꝛ septē spiritualia. Corporalia sunt ista. s.

Esurientem pascere.
Sitientem potare.
Nudum vestire.
Hospitem colligere.
Infirmum visitare.
Uinctum liberare.
Mortuū sepelire.

¶ Septē spiritualia sūt ista.s.
Peccata dimittere.
Peccantem corrigere.
Pro peccante orare.
Ignorantem instruere.
Necessitātē ꝯsulerī vł ꝯfirmarī.
Lugētibꝰ ꝯsolationē pbere. ꝛ
Ad oēs afflictos cordis com passionem habere.
¶ Sex de istis numerantur. Matt.xxv.septima thobie.ij.
¶ Et in figura hoꝝ dr̄ Apocalipsis primo: ꝙ similis filio hominis erat in medio septē cādelabroꝝ aureoruꝫ: ꝛ habebat in dextera sua septem stellas. Filiꝰ hominis dr̄ homo pij cordis: qꝛ ſm philosophuꝫ pietas est propriū hominis: sicut crudelitas leonis. Cādelabra aurea signāt septē opera mie corporalia que sūt vt aurū preciosa. Septeꝫ stelle que sunt i dextera: sunt septē opa mie spūalia i cordis hemispe rio lucētia tāꝗ sidera radiosa

¶ De mūdicia cordis.ca.xl.

E mūdicia cordis que est sexta beatitudo. est notanduꝫ ꝙ tria sunt que cordis mundiciam faciunt .s.
Lectio scripturarum.
Largitio elemosynarum.
Effusio lachrymarum.

Primo lectio scripturarū efficit cor mūdū. qꝛ dicit Joh.xiij. Jaꝫ vos mūdi estis pp ſmonē queꝫ locutus sum vobis. Quod figurat eleganter per lauatoriū tabernaculi exo.xxxviij. Et nō ꝙ duo erāt in lauatorio.s.speculū ꝛ aqua mūda ꝛ hoc duo sunt mistice in sacra pagina est.n. speculū qꝛ peccati maculas ondit ꝛ ē aqua qꝛ maculas tergit.

Secūdo facit cor mūdū effusio lachrimaꝝ. qꝛ dr̄ in psal. Lauabo per singulas noctes lectū meū.s.cōsciētie. Et nō ꝙ lachryma ad hoc ꝙ cor sit bene mundum debet habere tria: scilicet ꝙ debet esse calida per deuotionem: amara per contritionem: cinera per mortis recordationem sicꝫ enim Aqua transiens per cineres facit lixiuiuꝫ quod optime sordiuꝫ est mundatiuum: sic talis lachryma est cordis mundatiua.

Tertio fit cor mūduꝫ per elemosinarū largitionem qꝛ dr̄ Luce.xi. Date elemosynā ꝛ ecce omnia munda sunt vobis. Uidemus.n.ꝙ ad sanandū vel purgandū vulnus

non solum adhibentur cauteria immo apponuntur emplastra. cauteriū est correctio iustitie ⁊ emplastrum est elargitio elemosine.

¶ Item nota ꝙ sunt alia tria que ad cordis munditiaȝ disponunt. s. Scoba cōfessionis. Lima correctionis. Fornax affectionis.

¶ Primo igitur facit mūditiā cordis scoba confessionis idest frequenter confiteri: q2 dicitur. iiij. Reguȝ. v. Lauare septies i iordane Lauatur āt septies. qui septē vitia mortalia vel capitalia humiliter cōfitetur: q2 tunc cor mundatur ⁊ sanctificatur. Naȝ dicit in psal. Facta est iudea sanctificatio eius. iudea iterpretatur confessio. ipsa. n. est cordis sanctificatio. Et nota ꝙ in sacro eloquio valde sepe adiungit decor ⁊ pulchritudo. Et in figura huius ꝙ scoba confessionis summe disponit ad munditiā cordis dr̄ in psal. Confessionem ⁊ decorē induisti. Et iterum. Confessio ⁊ pulchritudo i ɔspectu ei⁹ ⁊ sic de alijs.

Secundo multum disponit ad munditiā cordis lima correctionis. Nā sicut lima mūdat ferrū a rubigine: sic correctio cor a labe. Unde Greg. Ille solus amicus erit qui in aduentuȝ districti iudicis maculas sue mentis tergit. Sed nota ꝙ quidā sūt adeo miseri ꝙ vnde deberēt mundari sordidantur. De talibus dicitur in psal. Destruxisti eum ab emundatione.

Tertio munditiā cordis facit fornax tribulationis. Nā sicut fornax reddit aurū purum: sic tribulatio facit cordis munditiā. Unde dicitur Jere. xij. Probasti cor meuȝ tecū. Sed sunt quidā qui ab igne tribulationis non mūdātur: sed vruntur: tales nō sunt auꝝ: sed scoria. non granū: sed palea: non oleuȝ: sed amurca: vnde multū ꝑnt formidar̄ de illo verbo euangelij Matth. iij. Paleas autē comburet: igne extinguibili. Sicut. n. videmus ꝙ confricatio panni asperi facit ⁊ conseruat munditiā ciphi: tribulatio ⁊ carnis maceratio facit munditiā animi. Exēplū de Joanne baptista qui habebat vestimentuȝ de pillis cameloruȝ. Matth. iij. Sciebat. n. ꝙ aspera faciebant cor munduȝ:

Item nota quod cor efficitur mundum ab omni peccato specialiter et precipue triplici baptismo: scilicet fluminis flaminis et sanguinis. Baptismo fluminis mundantur infantes baptismo flaminis mundantur penitentes baptismo sanguinis mundantur martires qui non scilicet sacramentum volunt et non possunt habere. Et iste triplex modus mundandi figuratur per illa tria quibus fiebat munditia in veteri lege. Fiebat enim per tria scilicet per aquam expiationis ut dicitur Exodi xxix. per effusionem sanguinis ut dicitur ad Hebre. ix. per unguentum unctionis ut habetur Exo. xxx. Ablutio vero que fiebat per aquam significat mundationem que fit que solam gratiam. Expiatio que fiebat per sanguinem significat martyrium vel carnis mortificationem. Sanctificatio que fiebat per unguenti unctionem figuravit martyrum perfectionem. Et nota quod in isto tertio modo sanctificabatur solus: aaron et filii eius. in quo intelligitur quod clerici et religiosi debent esse mundifica ti excellenter unctione spiritus sancti.

¶ Item nota quod quinque erant ex quibus conficiebatur unguentum unctionis. ut dicitur Exo. xxx.

Myrrha electa.
Cynamomo.
Cassia.
Calamo. et
Oleo olivarum.

¶ Prima ergo species illius unguenti erat myrrha pura et electa sicut illa que sponte manat ab arbore. et est preciosior quam illa que manat ex arboris incisione. Ista significat penitentiam que fit in iuventute: que gratiosior est deo quam illa que fit in senectute. Nam caro myrrha prius condienda est ut sit purissima antequam vermibus sit consumpta. Contra fatuitatem multorum qui myrrha penitentie nolunt se ungere donec toti putruerunt vermibus peccatorum vel vitiorum.

Secunda species illius unguenti erat cynamomum que est cineris coloris. et cum frangitur emittit quandam nebulam spiramenti redolentis etiam visibilis. ut dicit glo. Exo. xxx. Quod figurat humilitatem que debet esse in clericis et religiosis de quibus manare debet visibiliter spiramentum odoris: id est redolentia humilitatis per exemplum edificationis.

Tertia species illius vnguenti erat cassia que crescit in aquis. et figurat fidez ecclesie que in aquis sacre scripture proficit in quo intelligitur quod fides innititur scripture nō rationi humane. quia vt dicit Ambro. In his que fidei sūt piscatoribus creditur nō dyaleticis.

Quarta species illius vnguenti erat calamus. Est autem calamus vt dicit glosa Exo. xxx. arbor aromatica crescēs in libano: cuius cortex facit quē dā sonū: et significat in clericis et religiosis officiū ecclesiasticū: quod instar calami debet esse aromaticum per deuotionem: sonorum per diuine laudis expressionem.

Quinta species illius vnguenti erat oleū oliuarum: et significat dulcedinez cōpassionis que debet abūdare in clericis et religiosis: quia sicut oculus est lachrimabilior et tenerior et passibilior ceteris membris: sic prelati et clerici et religiosi qui sūt oculi ecclesie: debent esse pre ceteris teneri in cōpassione lachrimabiles pietate. De hoc habemus exemplū in christo qui valde pronus erat ad lachrymanduz et quē misericordia traxit de celis in mundū. Unde dicitur in psal. Propterea vnxit te deus oleo letitie pre consortibus tuis.

¶ De pace. ca. xli.

De pace que est septima beatitudo notanda sunt tria: scilicet.
Que sunt pacis preconia.
Que sunt pacis subsidia.
Que sunt pacis contraria.

¶ Primo notanda sunt pacis preconia. Unde nota quod tria sūt preconia pacis. Naz par est.
Celi linguagium.
Christi encenium. et
Dei vestigium.
Est igitur pax celi linguagiū cuius signū est triplex. quia christus illud ydioma loquebatur qui venit de celo. Dixit enim aplis Pax vobis. Joannis. xx. post resurrectionem quando erat immortalis. Tale linguagiū etiā locuti sunt angeli: qui sunt celi ciues. Dixerūt eniz in ortu xpi Luce. ij. Gloria in excelsis deo et in terra pax. Tale etiā ydioma loquebātur discipuli quia dictuz erat eis a xpo Matt. x. et Luce. x.

In quacūqꝫ domūꝫ intraue ritis dicite:pax huic domini.

Secundo pax est encenīū xpi ꝛ preciosi⁹ inter oia alia iocalia. Cuius cā est.quia istud preciosuꝫ iocale legauit xp̄s apl'is i morte. Amici nāqꝫ amicis dant ꝛ legant magis p̄ciosa in fine. Et nota ꝙ xp̄s dedit pacē discipulis suis ꝛ amicis triplici iure.s.iure donationis inter viuos iure vltimi testamenti:iure codicillor̄. Jure donationis ꝛ testamēti dedit pacē qñ dixit Jo. xiiij. Pacē meā do vobis:pacē relinquo vobis. Jure codicillorū quando post resurrectionē quasi firmando testamentum dixit Joannis.xx. Pax vobis.

Tertio pax est vestigium dei: ꝛ certissima semita. De qua dicit prouer.iij. Omnes semite illius pacifice. Et nota ꝙ huiusmōi: vie diuine sunt tres diete vel semite.s.

Pax iterna:que dicitur pax pectoris.

Pax externa : que dicit pax temporis.

Pax superna: que dicit pax eternitatis.

De dieta pacis interne dicit ad Collocen.iij. Pax christi exultet in cordibus vestris.

¶ De dieta pacis externe dr ad Ro.xij. Si fieri pōt q̄ntuꝫ ex vobis est cū omnibus pacem habentes.

De dieta pacis superne dicit Jsa.xxxij. Sedebit populus me⁹ in pulchritudine pacis.

Vnde nota tria pacis subsidia ꝛ ad pacem ducentia vel inducentia:scilicet.

Conformitas.

Humilitas

Tranquilitas.

Conformitas cum deo:humilitas cum proximo: tranquilitas in seipso.

Prio ergo iuuat ad pacē habēdā ꝯformitas volūtatis nr̄e ad volūtatē diuinā. sic.n.sp ē i guerra q nitit regi resistere cui nō pōt aliquatenus p̄ualere: sic ꝯtinua pace gaudet:q volūtatē suā voluntati diuine cōformare studet: cui nihil valet resistere. Ideo dr Job.ix. Quis resistit ei:pacē habuit:q̄si diceret nullus.

Secundo iuuat ad pacē habēdā cū qs hꝫ verā hūilitatē. Nā vulgo dr duo grossi i vno sacco nō p̄nt bn̄ capi ꝛ p ꝯriū humilitas fac mētes

modicas ꝛ graciles: ꝛ per con
sequens ad inuicem capaces.
Unde dic̄ apostolus Ephe.
iiij. Sollicitis seruare vnitatē
spūs in vinculo pacis.

Tertio iuuat bonum

pacis trāquillitas mētis sicut
in lecto spinoso nullus posset
bene pausare: sic cor inquietū
non potest verā pacē habere.
Et econuerso sicut homo bn̄
pausat in molli culcitra: sic de
us quiescit in mēte trāquilla.
Unde dicit in psal. In pace
in idipsū dormiā ꝛ requiescā
Et ibidē In pace factus est
locus eius. Et itē Māsueti
hereditabunt terrā. Et ibidē
in multis locis patet.
¶ Tertio notanda sunt pacis
contraria. Unde nota q̄ tri-
plex est pax. Est pax mala que
est vere paci cōtraria: scilicet.
Pax inquinata
Pax simulata
Pax inordinata.
¶ Primo ergo est vere paci
contraria pax inquinata ꝛ dicit
pax inquinata qn̄ corda sunt
ad malū concordantia talē pa-
cem habuit pylatus cū herode
Cum essent ante inimici facti
sunt in morte christi amici vt
dicitur Luce. xxiij. De tali pa
ce dicit psal. Zelaui super ini-
quos pacē peccatorū videns.

Secūdo est vere paci

aduersa pax simulata qualis
fuit simulatoris. inde qui oscu
latus est christū in signū pa-
cis ꝛ tradidit ipsū iudeis vt di
citur Mat. xxvi. De tali pace
dicit psal. Qui loquuntur pa
cem cū proximo suo mala aūt
in cordibus eorum.

Tertio ꝛ vltimo ē pax

inordinata qn̄ maior obedit
minori: vt plātus inferiori vel
ratio sensualitati talis pax est
deterior q̄ guerra. Talē pacē
habuit adā cum eua vxore sua
qui obediuit vxori sue que erat
sibi potius ad obediendū ꝛ ad
regendū cōmissa. Noluit eni
contristare delitias suas. vt di-
cit magister hystoriarū. De ta
li pace dicit sal. Mat. x. Non
veni pacē mittere in terrā: sed
gladiū. Item nota q̄ quadru
plex bellū in scriptura distin-
guitur quod paci aduersat ꝛ
per pacem sedatur.
Bellum enim est inter carnē ꝛ
spiritū qd̄ pacificat penitētia.
Bellum est inter hominē ꝛ
deum quod pacificat iustitia.
Bellum etiā fuit inter hoiem
ꝛ angelum: quod pacificauit

filij incarnatio benedicta. Bellum est inter hominem et proximũ suuz quod pacificat patientia et q2 pax est ita fructuosa et necessaria ideo ad eã obtinẽdã docet nos orare propheta dicens in psal. Rogate que ad pacem sunt hierlm.

De patientia. caplm.xlij.

E patientia que est octaua et vltima btitudo notãda sunt spãliter qttuor.s.
Patientie testimonia.
Patientie beneficia.
Patientie exercitia.
Patientie adiutoria.

Patiẽtie igitur testimonia et laudes eius primo sunt tria notãda.s.q2 est prudentissima strẽuissima et nobilissima. prudentissima ad regendũ. Strenuissima ad bellandum. Nobilissima ad regnandum.

Prio igitur patiẽtia est ad regendũ prudentissima Et nota q in tribus patet hominis patientia prudenti.s.
Acquirendo.
Conseruando et
Multiplicando.

Prudens eniz scit soluere omnia debita sua de his que nihil videntur valere.s.de malis pene que sustinet vt deus remittat sibi debitum culpe et soluendo nihil expẽdit de suo immo de his que accepit ab initio sicut de opprobrijs et cõtumelijs soluit qcũq3 et quicquid debet deo et cuz alienis se retinẽdo scit acquirere gratiam in presenti et gloriã in futuro. Et iõ dr Job.xxxvij. Ab aquilone auruz veniet: qd patiens acquirit in tribulatione.

Itẽ patientis prudentia patet in ↄseruando q2 cũ perdit bona tẽporalia retinet et claudit bona spũalia ecõtrario facit qui patientiã nõ habet: qui autẽ amittit bona exteriora effundit eterna et bona iteriora et sic auget capitale dyaboli respondẽdo ad verba et ad ↄtumelias inimici et associat hostem suũ ne forte vadat solus in infernũ. Male igit qui impatiẽs est custodit diuitias suas qui cũ aliquid perdit etiaz residuũ effundit Ideo dicitur prouer.xix. Qui impatiẽs est sustinebit damnum.

Prudentia etiaz patientis patet in multiplicando. q2 sputa opprobria scit mutare in aurũ et argentũ et lapides preciosos ipse enim ad modum vrsi verberibus impinguatur et instar salamandre igne tri-

bulationis fouetur ꝛ sicut asinus pūgitiuis pascit̃ sicut strutio comedit ferrū ꝛ omnia dura sicut piscis marin⁹ crescit in aqua salsa ꝛ amara.i. tribulationibus ꝛ passionib⁹ ꝛ tantam scit in negocio hēre industriam vt per hostes suos faciat sibi fabricare coronā vt dicitur in psal. Supra dorsum meū fabricauerūt peccatores. Magna est igit̃ prudentia patientis: ꝙ tam prudenter scit acquirere conseruare ꝛ multiplicare bona sua.

Secūdo patientia est ad bellanduꝫ strenuissima q̄ꝛ dicit̃ prouer. xvi. Melior est patiēs viro forti. Et nota ꝙ strenuitas patientis patet in tribus scilicet si attendas.
Pugnantis animum.
Pugnandi modum
Pugnandi scutum.
Primo ergo patiens habet animū valde strenuum quia plus vult pugnare q̄ꝫ pausare Gloriosius ꝛ generosius est militi stare in bello quā in balneo esse in cāpo cū rege quaꝫ in lecto cuꝫ muliere certari in pugna quā delectari in mensa ꝛ portate arma regis q̄ꝫ fimbrias mulieris. Unde dicit apostolus ad Gal. vi. Ego.n. stigmata domini iesu in corpore meo porto.

Secundo patiens habet impugnādo moduꝫ valde strenuū. Ipse enim sine fuga euadit sine ictu teli recedit sine repcussione vincit ꝛ adeo est ipugnando strenuus ꝙ cōtra hostem nō leuat festicam de terra. Unde dicit̃ in psal. Confregit potentias arcū scutum gladium ꝛ bellum.

Tertio patiens in pugna habet nobilissimū scutuꝫ. Et nota ꝙ scutū patientie dꝫ esse quadriangulum. In inferiori eniꝫ angulo debet esse timor supplicij in dextro amor proximi in sinistro passio xp̄i. Iuxta illd̓ Trenoꝝ.iij. Dabo eis scutū cordis laborem tuū. Et.i. Petri.iiij. Christo igitur in carne passo ꝛ vos eadē cogitatione armamini ꝛ hoc scutum sustine: omnia tela ꝛ spāliter tria.s. damnū reꝝ molestias corpoꝝ ꝛ ꝯtumelias verborū. Cum hoc scuto domini correctionis eius sustinendo vincit dyabolum eius tentationes euadendo: sanctificat se metipsum carnis afflictiones ꝛ passiones corporis tolleran

do. De strenuitate patiētis di cit apostolus ad Heb.xij. per patientiam curamus ad propositum nobis terminum.

Tertio patiētia est ad regnandum nobilissima q2 dicitur Mat.v. Beati qui psecutionē patiunt ꝓpter iustitiā qm̄ ipsoꝝ est regnū celorum.

Et nota ꝙ hō pacificus pōt dici rex precipue ꝓpter tria.s.

Quia regali domino omnibus dominatur.

Quia ad regale prādium inuitatur.

Quia sibi regale ferculuꝫ ministratur.

¶ Primo.n. hō patiens rex dicit q2 hēt regale dn̄ium in oibus. Nam patienti seruiūt oia que alijs sunt nociua: vt sterilitas agroꝝ implet sibi cellariū hostes fabricant sibi corona febres parāt ꝛ medicinā mors aperit sibi carcerem ad euadēdū miseriā ignis qui domos incendit alijs: sibi cōfert pabuluꝫ vel constituit in celis palatium ꝛ sic verificatur verbū apostoli Ro.viij. Scimus qm̄ diligentibus deuꝫ omnia cooperantur in bonum.

Secūdo patiens inuitatur a deo ad regale prādiuꝫ ꝛ non solum inuitatur sꝫ etiaꝫ trahitur nec soluꝫ trahit imo vestis eius vt veniat lacerat. Vn̄ nota ꝙ triplex est signuꝫ ꝙ inuitās ex corde iuitet amicum.s. trahendo vocando rūpendo. Magnū signuꝫ est qn̄ efficaciter euꝫ inuitat siue vocat per predicatoris verbū alios per tactū inspirationis sed patiētes quos summe diligit per rupturā tribulatiōis. Vn̄ dicitur. Luce. xiiij. Compelle eos intrare sed patientes vocando trahendo ꝛ rūpendo.

Tertio patienti ministratur regale prandiū vel ferculum. Talia nāqꝫ fercula gustauit christus qui est rex regum scilicet tribulationes persecutiones periurias paupertates dolores passionē ꝛ mortem. Vnde dixit filius zebedei Matt.xx. Potestis bibere calicem quem ego bibiturus suꝫ ꝛc. Et sicut magna incurialitas reputat quo respuit ciphum quem rex mittit ad bibendum post ipsum: sic magna ingratitudo est caliceꝫ tribulationis respuere: quē amore nostri christus voluit primo gustare immo sicut vinum quod de se est forte ꝛ

durum transiendo per gario philos ꝛ species aromaticas efficit nectar dulcissimum: sic tribulationes mūdi dulcescūt si per memoriā passionis xp̄i transeant. Unde dicit sponsa Canti. viij. Dabo tibi poculū ex vino ꝯdito. Uinū ꝯditum ad litterā dicit nectar. ꝛ sigāt vinū mundane tribulationis conditū dulciter dulci memoria passionis christi qđ nobis concedat ip̄e dei filius qui est benedictus in secula. Amen.

¶ Octaua dieta de fructibus spiritus.

Ost tractatū de beatitudinibus: sequit tractatus de fructib⁹ sp̄ūs ꝛ ista est octaua dieta salutis. s. a beatitudinib⁹ ad fructus sp̄ūs peruenire: qꝛ beatitudines faciūt operari vel ambulare simpliciter ꝛ pfecte: fructus autē suauiter ꝛ delitiose. Sunt isti fructus spiritus. xij. quos enumerat ap̄l's ad gal'. v. Fructus autē sp̄ūs est caritas: gaudiū: pax: patientia: longanimitas: bonitas: benignitas: mansuetudo: modestia: cōtinentia: castitas.

¶ Primo igit inter istos fructus dicendū esset de caritate sed qꝛ in tractatu de virtutib⁹ de ipsa dictum est: ideo hic nihil ad p̄n̄s est dicendum.

¶ De gaudio spirituali. c. xliij.

Ecundo loco post fructū caritatis: dicendū est de fructu gaudij spiritualis. De quo dicenda sunt pauca ꝛ specialiter tria.

¶ Primo qualiter sp̄ūale gaudiū est a mūdi gaudio sepatū.
Secundo qualiter est a celi gaudio deriuatum.
Tertio q̄liter est a celesti gaudio pigmentatum.

Primo igit gaudiuz sp̄ūale est a mundi gaudio separatum ꝛ distinctuꝫ. Unde sciendum est ꝙ quattuor sunt differētie inter spirituale gaudium ꝛ mundanum.

Prima differētia est puritas ꝛ ipuritas. Gaudiuꝫ enim sp̄ūale est purissimum: ꝛ ideo forti⁹ est ad inebriandum ad diligendū deū. sicut videmus ꝙ vinū purum citius inebriat q̄ꝫ limphatum. Istud vinū sp̄ūalis gaudij fit de botro cipri. i. de sanguine christi: expresso in crucis torculari. sicut dr̄ in Canti. Botrus cipri dilectus me⁹ mihi. Gaudiuꝫ

vero mundanorum: sicut vinuz cum aqua mixtũ ad inebriandum debilissimũ: et insipiduz. De quo dicit Isa.i. Vinum tuũ mixtuz est aqua. Quia vt dicit Boetius. Dulcedo felicitatis humane multis amaritudinibus est respersa. Et notandũ q gaudium humanuz cum duobus est ãmixtuz.s.cũ remorsu conscientie et sollicitudine cruciante. Remorsus cõsciẽtie est sicut infirmitas que dicit regius morbus que rodit carnẽ et est magnarum expensarum. Vnde dicit regius qr opz q ex gallinis et alijs delicatis carnibus morb9 ille pascatur que sup locũ morbi ponũtur ne caro totaliter consumatur quantũcunqz tñ caro pascatur tñ plus cõsumitur a morbo quã sustẽtetur a fomẽto. Ita in gaudio mundi plus cruciat remorsus conscĩetie quã delectet dulcedo iocunditatis trãsitorie et mũdane. Secũdũ gaudiũ mundanũ est mixtum cũ sollicitudine cruciãte. Sollicitudo eni auget cruciatũ qr vt dicit Berñ. Diuitie mundane cuz labore acquirunt cũ timore possidentur cũ dolore amittuntur. Vnde versus. Diues diuitias non congregat absqz labore. Non tenet absqz metu: nos definit absqz dolore.

Secunda differentia spiritualis gaudij est cõtinuitas et discontinuitas. Spũale gaudiuz est continuũ et secuz. Vnde dicit prouer.xv. Secura mẽs quasi iuge conuiuiuz Gaudium vero mũdanũ est breue et transitoriũ qr vt dicit Job.xx. Gaudiuz hypocrite instar puncti hypocrita dicit iste mũdus qr hypocrita licet interi9 sit corruptus exterius tamẽ apparet bonus ita mundus in veritate malus et fetidus interi9 exterius tñ est floridus et venustus et iõ gaudiũ eius est soluz quasi pũctus instar pũcti non habens longitudinẽ perseuerantie nec latitudiuem amicitie nec profunditatez bone conscientie sicut punct9 qui caret longitudine quã habet linea et latitudine quaz habet superficies et profunditate quaz habet corpus.

Tertia differẽtia spiritualis gaudij et mũdani est dignitas et indignitas. Gaudium enim spũale est de rebus valde dignis: qr de deo precipue: et de reb9 diuinis. Vnde

dicit apostolus Philippē.iiij. Gaudete in dño semper &c. Gaudiū vero mūdi est de rebus indignis.& precipue sicut devoluptate carnis de qua dicit seneca. Voluptas est mēbroꝝ viliū & turpiuz ministratio:veniens ex exitu fetido. Et Augu.dicit ꝙ seculi letitia est impunita neqtia videlicet luxuriari:in spectaculuz vagari: ebriositate impinguari:turpitudine fetere:& mali nihil pati. De quo gaudio turpissimo dicitur prouer.iij. Stultorum exultatio ignominia.

Quarta differētia spiritualis gaudij & mundani est salubritas & noxietas. Gaudium eni spūale est salubre & studiosum tripliciter: qr facit carnem despicere. Gustato eniz spiritu:decipit ois caro: vt ait Aug. Secūdo facit dyaboluz vincere:qr vt dicebat sanctus antonius Vnica ratio vincēdi dyaboluz est letitia spūalis. Tertio facit mundū contēnere qr nemo pōt duobus dñis seruire. Ideo qui gaudet de deo:tristatur de mundo.

Tertio spirituale gaudium est a celesti gaudio deriuatuz.i.a donis celestibus.vñ notādū est ꝙ quinqz sunt bona celestia:a quibus est spūale gaudiū deriuatū.scilicet.

Spiritualis puritas.
Spiritualis tranquilitas
Spiritualis sanitas.
Spiritualis libertas
Spiritualis conformitas.

Primuz a quo causat spūale gaudium: est spūalis puritas Animus eniz generosus libētius quiescit in lecto ɔscientie qñ est mundus: q̄ȝ qñ est immundus. Nā naturaliter homo appetit mūditiaz:& abhorret immunditiā. Propterea dicit spōsa in Canti.i.cap. Lectulus noster floridus.

Secunduz a quo causatur spūale gaudiuz est spiritualis sanitas: sicut videmus ꝙ naturaliter nō est gaudium si corpus est infirmū.vñ dicit prouer.xvi. Dulcedo anie est sanitas ossium.i.viriū anime. Et ecclesiastici.xxx. Non est census super censum salutis corporis.non est oblectamentum super cordis gaudium.

Tertiuz a quo deriuatur spūale gaudiū est spūalis libertas Peccator eniz est sicut homo captus & ligatꝰ ad bene operandū ineptus. Vñ

dicitur prouer. v. Iniquitas sue: capiūt impiū. sed adueniente spūsancto: libertas causatur in anima. Iuxta illud apostoli. ij. ad Cor. iij. Ubi spirit⁹ domini: ibi libertas.

Quartū a quo spūale gaudiū causatur est spiritualis trāquilitatis. Itaqꝫ in hoc mundano gaudiuꝫ sunt diuersaruꝫ cogitationū tumultus: ꝛ diuersaꝝ affectionum cruciatus: cōscientie remorsus. Quidaꝫ vero cruciant̄ cupiditate in acquirendo: quidā timore in custodiendo: quidā dolore in amittendo. Isto gaudio humano quidaꝫ cruciantur: ira quidam inuidia: sed animus spirituali gaudio plenus quietus est ꝛ iocūdus: ꝛ quasi quidam lectus mollissimus. Uidemus enim ꝙ in lecto molli ꝛ quieto: libētius homo quiescit q̄ꝫ in lecto spinoso. Iste est lectus floridus in quo quiescit sponsus ꝛ spōsa in cāticis. De ista quiete gaudium spūalis dicit Greg. Sācti qui nihil huius mūdi appetunt: nullis corde tumultibus comprimuntur. Et augu. dicit ꝙ qui biberit de flumie paradisi cuius vna gutta est maior oceano ꝙ in eo sitis huius mundi extinctus sit.

Quintū a quo causat̄ spirituale gaudiuꝫ est spūalis conformitas. s. cum voluntate dei: qꝛ cuꝫ voluntas humana voluntati diuine cōformatur: nihil ei repugnat: ꝛ sic voluntas dei in omnibus implet̄. Iuxta illud psal. Omnia que cūqꝫ voluit dn̄s fecit. Hec autē maior delictio ꝛ mai⁹ gaudium est qd̄ possit esse: omnia ad nutū habere: ꝛ nihil ei repugnare. Etiam ignis gehenne facilis esset: si voluntas illū acceptaret. Qui igit̄ sunt voluntati diuine cōformes sunt quasi dij sue voluntatis omnipotentes. Exēplū de quodā sancto patre qui sciebat flere quandocunqꝫ volebat.

Tertio ꝛ vltimo spirituale gaudiū est a celesti gaudio pigmentatū: conficitur. n. instar nectaris speciebus celestibus ꝛ gariophilis. Unde notandum est deuote ꝛ diligenter ꝙ triplex est genus nectaris: scilicet.

Nectar dominice passionis.
Nectar virtuose operationis.
Nectar eterne fruitionis vel felicitatis.

¶ Primum est nectar domi nice passionis: quod est dulcissimū τ anime deuote inebriatiuū. Et notādū ꝙ in hoc nectare bn̄dicto q̄ttuor apponūt scȝ vinū illud myrrhatū quo xps fuit potatus. Pro gariophilis sunt claui positi quib⁹ christus fuit confessus. Pro cynamomo fuit lignū crucis in quo fuit suspēsus. Pro zucara est ibi dulcissima caritas τ misericordia: qui pro nobis tractatus fuit passus τ mortuus. De isto nectare dicit sponsa in canticis. Dabo tibi poculum ex vino condito.

Secunduȝ nectar est virtuose operationis. Habet pro vino caritatem dei τ proximi: τ pro gariophilis clauos pungitiuos confessionis peccati. Pro cynamomo planctus ostēsiuus recognitionis peccati. pro zucara habȝ dulcedinem pietatis τ boni operis. De isto nectare dicit spōsa in canticis. Bibi vinū meum cuȝ lacte meo. Vinuȝ est dulce: τ lac est munduȝ. q2 bona voluntas habet ista duo. s. dulcedinē veritatis vel pietatis τ gratie: τ munditiaȝ conscientie. De isto gaudio dicit ecclesiastici. xxx. Nō est oblectamentū sup cordis gaudiū.

Tertiū est nectar eterne fruitionis vl' felicitatis. qd angelicū τ iocondissimū est. τ ideo facit beatos cōtinue cantare sctūs sctūs: sanctus dn̄s deus sabaoth. τc̄. Sicut videm⁹ ꝙ nectar i ꝯuiuijs facit cōuiuas choreas ducere ad cantare: sic. τc̄. Istud nectar conficitur ex quattuor. Habet eni pro vino puritatē diuine visionis. pro gariophilis habȝ venustatē dn̄ice passiōis. pro cynamomo: habȝ firmitatē eterne donationis vel fruitionis pro zucara vel pro melle habet dulcedinē vel suauitatem eterne fruitionis. De isto nectare dicitur in canticis. Bibite τ inebriamini amici mei carissimi. Istud est spirituale gaudium a celesti gaudio pigmentatuȝ de quo dicitur in Mattheo. Intra in gaudiuȝ domini tui. τc̄.

Terti⁹ fructus est fruct⁹ pacis. Sȝ q2 de isto fructu tractatū est in beatitudine in septima btitudine: iō de ipso nihil amplius est hic dicēdū.

Quartus fructus est

patientia de qua similiter dictū ē i tractatu: d britudinib⁹ cū dicebať d octaua britudie.

¶De longanimitate.ca.xliiij.

Quintus fructus ē longanimitas vel pseuerātia. de q̄ ēt notāda sūt tria.
Primuȝ est q̄ȝ laudabiliter commendatur.
Secūdū ē q̄ȝ efficaciter opať.
Tertiuȝ est q̄ȝ singulariter coronatur.

Primo igitur cōmēdatur pseuerantia: qꝛ de⁹ pseuerauit quousqȝ fec̄ opus sue creationis. Iuxta illud Genesis.ij. Cōpleuit deus die se ptimo opus qd̄ fecerat. Christus pseuerauit quousqȝ pfecit opus nostre redēptiōis. qꝛ dr̄ Ioh.xvij. Opus ꝯsummaui. qd̄ dedisti mihi vt faciam. Sācti pseuerauerūt quousqȝ pfecerūt opus sue pfectionis. In quoꝝ psona dicit apostolus. ij. Thi.iiij. Bonū certaui cursuȝ cōsūmaui. fidē fuaui.

¶Secūdo pseuerātia operať efficaciter. Unde notandum ꝙ triplex est perseuerantie affectus. naȝ perseuerantia.
Perficit inchoata.
Impetrat postulata.
Stabilit acquisita.

¶Primo igitur pseuerātia perficit ichoata: ꝛ nihil iperfectū relingt: etiā si robur deficit. sicut videm⁹ ꝙ muliercule. q̄ȝtūcūqȝ senilis etatis: laborādo ꝛ pseuerādo ꝛ ꝯtinuando pficiunt laborē sue peregrinationis. ꝛ sicut videm⁹ ꝙ natura continue operādo: ex modica radice vel nuce: facit arborē mire celsitudinis. ꝛ sicut videm⁹ ꝙ gutta aque q̄ȝuis sit res valde mollis: continue cadendo: cauat lapidem robuste soliditatis. Et iō dicit Judicū. xviij. Nolite negligere. nolite cessare.

Secundo perseuerātia ipetrat postulata. sicut maria magdalena perseuerando vidit resurrectioneȝ xp̄i sicut apostoli perseuerādo in oratione: acceperunt donū spiritus sancti vt dr̄ Actu.ij. Et ꝑpterea dr̄ Luce.xi. Si perseuerauerit pulsans ꝛ si n̄ dabit ei eo ꝙ amicus eius sit: ꝑpter improbitatē tn̄ eius surget ꝛ dabit ei quotquot hȝ necessarios.

Tertio perseuerantia seruat acquisita. sicut videm⁹ ꝙ ignis ꝙ seruatur continue ministrando ligna. Et ꝑpterea dicit Aug. Perseuerātia

est magnum donum dei que dona conseruantur.

Quarto perseuerantia coronatur singulariter. vnde ait Ber. q alie virtutes coronam merentur: sed sola perseuerātia coronatur. Et notādum q in scriptura quadruplex inuenit & laudat corona.

Est eniz corona pudicitie virginalis: & hec ē florea: & debet virginib9. vnde psal. Gloria & honore coronasti. eū. Dicitur de spōso virginū.

Secunda corona ē sapientie ingr̃alis. & hec aurea est que debetur doctoribus ec cl̃.xlv. Corona aurea sup mitram eius.

Tertia corona est pseuerātia triūphalis. & hec ē gēma que debetur martyribus & omnibus perseuerantibus psal. Posuisti domine in capite eius: coronam de lapide precioso. Et apl's prime Cor. ix. Omnis. n. qui in agone cōtēdit ab omnibus se abstinet. & illi quidez & corruptibilē coronam accipiant: nos autem incorruptum.

Quarta corona ē glorie immortalis & hec est stellea que debetur felicib9 Apo. xij. In capite eius corōa duodecim stellarum. Corona stellea: est felicitas eterna de quib9 dicetur infra in vltima dicta. vbi tangetur de gloria paradisi. Hac corona coronantur perseuerantes: quia vt dicit saluator. Qui perseuerauerit vsq3 ad finem saluus erit.

Sextus fructus ē fructus bonitatis. De isto fructu actū est in tractatu de beatitudinibus in capitulo de mia & ideo de ipso nihil est dicendū. nisi q quattuor sunt de q bus bonitas predicatur. Est eniz bonitas nature congreganti. s. fortune ad ornantis: gratie reformātis: glorie quietātis. De quib9 dicit Geñ. i. Uidit deus cuncta que fecerat. s. bona nature: bona fortune: bona gratie: bona glorie & erant valde bona.

De benignitate. ca. xlv.

Septimus fructus est fructus benignitatis. De isto fructu similiter dictum est in tractatu de beatitudinib9 in capitulo de misericordia. & iō nihil ad pn̄s dicēdum ē de ipso nisi q q̄ttuor sunt que ad benignitatē nos

inducunt.s. Preceptuȝ quod inducitur vel imponitur.
Exemplū quod preponitur.
Suppliciū quod euaditur.
Stipendium vel premiū q̄ acquiritur.
¶ Primo debet nos mouere ad benignitatē preceptum quod a christo inducitur vel imponitur. Unde dicitur Luce.vi. Estote misericordes: sicut pater vester misericors est.

Secundo debemus nos mouere exēplū q̄ ab ipso proponit̄ de samaritano.

Tertio debȝ nos mouere suppliciuȝ inferni quod euadit̄. Qr iudiciuȝ sine mia fiet illi qui nō fecerit miam.

Quarto mouet nos p̄miū quod in celo acquirit̄. Unde in Mattheo.v. Beati misericordes: qm̄.ꝛc.

¶ De mansuetudine. ca.xlvi.

Octauus fructus ē fruct⁹ mā̄suetudinis: de quo supra dictū ē i tractatu de beatitudinibus in capitulo: de mititate.iō de ipsa parum est hic dicendū. Et breuiter est notandū q̄ mā̄sueti.
Clarius informatur.
Uarius impugnantur.
Altius eleuantur
Amplius venerantur.
¶ Primo igitur mā̄sueti clari⁹ informātur. Exēplū de discipulis. Unde iacobus in canonica sua. In mansuetudine suscipite insitum verbū.

Secūdo mansueti rarius impugnātur. Sicut eniȝ videmus communiter q̄ nō impugnantur nisi castra alta ꝛ altius eleuata: sic etiam videmus q̄ leo ꝛ canis non inuadunt hominem: si inueniant ipsum iacentem vel sedentem supra terram. vnde psal. Mansueti hereditabūt terraȝ ꝛ delectabūtur in multitudine pacis.

Tertio altius eleuantur. sic patet de christo qui venit ad nos mansuetus. Matth.xxi. sicut patet de beata virgine ꝛ multis alijs. Unde psal. Exurget in iudicio deus: vt saluet omnes mansuetos terre.

Quarto mansueti amplius honorantur exemplum habemus a christo recumbere in nouissimo loco. Unde psal. Suscipiet dominus mansuetos.

❡De fide. ca. xlviij.

Onus fructus est fides: de quo dictũ est i tractatu de virtutibus in capitulo de fide ⁊ ideo nihil aliud ē hic dicēdũ: nisi ꝙ fides ē.

Sicut fundamentuȝ ad sustinendum.

Sic armatura ad euadendũ.

Sicut argumentũ ad concludendum.

Sicut instrumentuȝ ad ascēdendum.

❡Primo igit̃ fides est sicut fundamentũ ad sustinenduȝ. Sicut. n. videmus ꝙ natura qñ vult ꝑducere plantã ꝑmo ponit radicē: similiter qñ domificatoꝛ facit domuȝ: primo ponit fundamẽtũ. Similiter in moralibus si aliquis vellet edificare bona opera: debȝ super ponere fidē: que est vt petra duricissima ⁊ totius spũalis edificij fundamentũ. Et iõ dixit dñs. Pe. Matth. xvi. Sup hãc petrã edificabo ecclesiã meã. Et nota ꝙ dixit super hãc: qꝛ fundamentũ aliud nemo pt ponere: nisi illud qđ positum est ꝙ est xp̃s iesus. i. Coꝛ. iij. Et iõ si qs edificat: super istud fundamentuȝ edificet: qꝛ ait apl's. Sine fide impossibile est placere deo.

Secundo fides est armamẽtũ ad euadendũ. est. n. sicut scutũ militare. scutũ aũt militare habet supficiē ⁊ tres angulos. ⁊ poꝛtatur a parte sinistra contra aduersariũ: ⁊ a patre coꝛdis ad ꝓtegenduȝ ipsuȝ: ⁊ ratione signi habet reꝑsentare deũ. sic reuera fides catholica est ad repellendum aduersariũ cũ trib⁹ caternis: ad ꝓtegendũ animũ cũ tribus potẽtijs ad confitendum deũ in tribus personis. Unde ait apl's Ephe. vi. In omnib⁹ sumentes scutũ fidei. ⁊c.

Tertio fides est sicut argumentũ ad concludenduȝ nõ sicut argumentũ dyaleticũ quo procedit ex ꝓbabilibus: aut sicut argumentũ tentatiuȝ: quod ꝓcedit ex his que videntur ꝓbabilia ⁊ nõ sunt. sed est argumentũ apotheticũ. i. faciens scire. Nũqȝ eniȝ aliquis sapiens per suaȝ scientiaȝ potuit peruenire ad tantã scientiã de deo ⁊ creaturis: ad quantaȝ venit simplex piscatoꝛ petrus cũ dixit. Tu es xp̃s fili⁹ dei viui. Unde per istud argumentũ ꝓbatur vnitas diuine essentie.

trinitas personarum vnitas prime cause: ⁊ multiplicitas creaturarū: pietas misericordie: multiplicitas gratiaruꝫ ⁊ multa alia que xp̄s ⁊ eius discipuli per istud argumentuꝫ demonstrabāt. Nā per istud argumentū probatur demonstratiue illuminatio cecorum ambulatio claudoꝝ: auditus surdorū: locutio mutorū: erectio siue extinctio aridorū. suscitatio mortuoꝝ. Et ideo dicebat xp̄s in Matth. Si opa nō fecissent in eis que nemo alius fecit: pctm̄ non haberēt. Et ideo volens apl's diffinire fideꝫ ait. Fides est substantia reruꝫ sperādarū argumētū non apparentiū. Hebre. xi.

Quarto fides ē sicut instrumentū ad scādendum.

Videmus eniꝫ ꝙ naturaliter ois res habet locū ꝓpriū ad quā naturaliter tendit per suā naturam sicut grauia habent locū deorsuꝫ ad quā per naturā grauitatis naturaliter descendunt. Leuia āt habent locū sursuꝫ ad quē per naturā leuitatis naturaliter ascendunt. Homo cū sit omnium creaturaꝝ corporaliū nobilior: habet locū super oia corpa ad quem locuꝫ ante pctm̄ poterat per gratiā ascēdere ꝙ̄uis non posset per naturā totaliter: sed ꝓpter pctm̄: gratia fuit sibi ablata: ⁊ natura totaliter sauciata: ⁊ ideo ad hoc ꝙ possit ad locū propriū remeare: indiget instrumento quodā quod instrumentū nullus per suā sapientiā vel vitā potuit fabricare preter christū: q fabricatus est aurorā ⁊ soleꝫ. ideo oēs qui saluati sunt. per ministeriū ipsius xp̄i. s. per fideꝫ saluati sunt: que quidē est velut vna scala per quā ad celū ascenditur: continens duodecim gradus. i. duodecim articulos per apostolos declaratos: iuxta numeꝝ. xij. celoꝝ incipiendo ex aere qui celū dicitur vsqꝫ ad celum empireuꝫ: in quo duodenari⁹ numerus terminat̄. Latera āt isti⁹ scale sūt diuinitas ⁊ humanitas. Ista āt scala fuit p xp̄m deū ⁊ hoiem fabricata: sꝫ nobis fuit p duodeciꝫ apostolos reuelata. Ista ē scala quā vidit iacob patriarcha: cui⁹ cacumen ptingebat ad celū: cui ēt dn̄s erat innixus p quā ascēdebāt āgeli ⁊ dscēdebāt. De ista scala dic̄ Aug. i s̄moē ascēsiōis. Ascēdam⁹ iteriꝫ corde. i. fide

vt cuȝ dies ꝓmissus adueneritꝫ sequamur in corpore.

¶ De modestia.

Decimus fructus est modestia. De isto fructu in tractatu de temperantia dictum est: ⁊ ideo ad p̄ns nihil est dicendum.

¶ De continentia.

Undecimus fructus est cōtinentia. De isto fructu in tractatu de ꝯsilijs i capitulo de castitate simil̄r dictū ē.

¶ De castitate.

Duodecimus fruct⁹ est castitas. De isto fructu sil̄iter i tractatu de ꝯsilijs dictū ē: i capl̄o de castitate. Et iō de eo nō est ăpli⁹ dicendū.

De generali iudicio. ca. xlviij.

Post tractatū de fructib⁹ spiritus sancti: de generali ⁊ vltimo iudicio est dicenduȝ. Ista est nona dieta: scilicet a fructib⁹ bonoꝝ operū: venire ad iudiciū extremū. De gn̄ali iudicio q̄ttuor sp̄al̄r sūt notāda. s. Signa que premittentur. Scripta que aperientur. Verba que dicentur. Facta que sequentur.

¶ Signa que premittentur erunt sicut quedam peremptoria citatio.

¶ Scripta. s. libri que aperientur: erunt sicut quedaȝ acta ⁊ processus recitatio ⁊ testium publicatio.

Verba que dicēt̄ erūt sicut quedā sn̄ie ꝓmulgatio.

Facta que sequentur erunt sicut quedā late ⁊ promulgate sententie executio.

Primo igitur precedēt illō iudiciū vt dr̄ Marci. xiij. signa sicut quedā citatio peremptoria: que signa dicit Iero. se reperisse i historijs hebreorum.

Prima die exiget se mare quindecim cubitis sup altitudinem montiū: stans in loco suo quasi murus.

Secunda die descendet: ita q̄ vix poterit videri.

Tertia die pisces ⁊ marine belne apparētes sup mare: dabūt mugit⁹ vsqȝ ad celū.

Quarta die: ardebit mare ⁊ aqua.

Quita die herbe ⁊ ar

bores dabunt rorem sangui-
neum.

**Sexta die ruent edifi
cia.**

Septima die petre ad
inuicem collidentur ⁊ in oc-
to partes scindentur: ⁊ vna
queqꝫ pars collidet aliã: ⁊ nõ
sciet homo sonũ illũ: sed tan-
tum deus.

Octaua die fiet gene
ralis terremotus: qui tantus
erit vt dr̃: q̃ nullus homo vel
animal aliquod stare poterit:
⁊ ad terram omnia proster-
nentur.

Nona die equabitur
tota terra: ⁊ oẽs mõtes ⁊ col
les in puluerẽ redigentur.

Decima die exibunt
homines de cauernis terre ⁊
ibũt velut amentes: nec pote
runt sibi mutuo loqui.

Undecima die resur
gent omnia ossa mortuorum
⁊ stabunt super sepulchra. oia
enim sepulchra aperientur vt
mortui exire valeant.

Duodecĩa die cadẽt
stelle de celo. In hac.n. duo-
decima die dicitur q̃ anima
lia cuncta veniẽt ad campos
mugientia non gustantia: nec
bibentia.

Tertiadecima die mo
rientur homines viuentes vt
cuꝫ mortuis resurgant

Quartadecima die ar
debit celum ⁊ terrã ⁊ superfi
cies terre ⁊ aeris.

Quintadecima die fi
et celum nouum: ⁊ terra no-
ua: ⁊ resurgent mortui: secun-
dum virtutes: merita ⁊ deme
rita recepturi. Ista enim si-
gna erunt: sicut dictum est:
quedam peremptoria citatio:
⁊ terribilis cum executione
sententie sine omni excusati-
one ad iudicium vocatio: ⁊
preconizatio. vnde dicit apo-
stolus. i. Thessal. iiij. Ipse do-
minus in iussu: ⁊ in voce
archangeli ⁊ in tuba dei de-
scendet de celo. De ista terri-
bili citatione dicit Jero. Si-
ue comedam: siue bibam: si-
ue aliquid aliud faciam: sem-
per videtur sonare illa terri-
bilis tuba in auribus meis.
Surgite mortui: venite ad iu
dicium. Et iob. xxx viij. Quid
faciam cum resurgam ad iu-
dicium.

Secundo in illo iudicio tremēdo aperiētur scripta sicut quedā acta. Et nō q ibi aperient tria scripta solēnia ꝛ autentica: ꝛ sine oī calūnia.s.
Liber passionis dominice.
Liber conscientie.
Liber vite.

¶ Primo apient quasi quedam acta.s.liber passionis dominice:in quo sunt.s.crux: claui:lancea:corona spinea : ꝛ in carne christi cicatrices: ꝛ christi vulnera vt dicit crisost.ꝛ nō erit tūc necessitas accusatiōis cū viderit quelibet crucē ꝛ ipsum christū habentē in corpore suo testimonia passiōis.vñ dicit Mat.xxiiij.Tūc apparebit signū filij hominis in celo.
¶ Secūdo aperient libri ꝯscientie.Et nota q liber ꝯsciaꝝ ꝯtinebit tria capitula.s.cogitationes:qꝛ vt dicit sap.i.In cogitationib[9] impij interrogatio erit.ꝯtinebit ēt verba ꝛ locutiones ociosas. vt dr Mat.xij. De oī verbo ocioso qd locut[9] fuerit hō:reddet rōnem in die iudicij.Cōtinebit etiā liber ille facta ꝛ opationes ꝛ dicitur Ecclesiastes vlti. Cuncta que fiunt adducet dñs in iudicio pro omni errato: siue bonū siue maluꝫ sit. Bonum scilicet ōmissum ꝛ malum cōmissuꝫ.

Tertio aperiet liber vite.i.xps cui[9] virtute manifestabunt secreta ꝯscientiaruꝫ vnius ad alteꝝ sicut dic apls i.Coꝛ.iiij. Nolite ante tēpus iudicare quousqꝫ veniat dies dñi ꝛc.De istis libris dr apo.xix. Judicati sunt mortui ex his que scripta sunt in libro secundum opera ipsoꝝ.

Tertio in illo tremendo iudicio verba iudicis promulgabunt:sicut sentētia diffinitiua. Unde nota in ista sententia specialiter tria.

Primo cause magnitudinē siue imensitatē de qua crit illa snia qꝛ non erit pecunie vel possessionis terrene sꝫ dānationis vel saluationis eterne illi vero qui obtinebunt mutabunt ad possessionē hereditatis.qꝛ dicit Mat.xxv. Et ibunt hi in supplicū eternum: illi vero in vitam eternam.

Secundo nota in isto iudicio auditoꝝ multitudineꝫ vel curie solēnitatem in cuius ꝯspectu reprobi cōfundantur. totus eni mundus ꝯgregabit omnes angeli de celo omnes

homines de mundo omnes dyaboli de inferno vt dicitur Mat.xxv.Congregatur ante eum oẽs gẽtes.Et ideo est bonum ꝯsiliũ cũ homine qui de iure suo diffidit ante diez s̄nie periculose coraȝ sacerdote de cõpositione tractare. Vñ dicit sapiens Ecclesiastici.xviij. Ante iudiciũ: para iustitiam.

Tertio in illo iudicio tam tremendo vel s̄nia tremẽda iudicis nota seueritatẽ vel inflexibilitatẽ. Vñ dicit̃ Malachie.iij.Et quis poterit cogitare dieȝ aduẽtus ei⁹ aut quis stabit ad videndũ euȝ. Tanta nãqȝ erit tũc iudicis seueritas ⁊ inflexibilitas ꝙ si beata virgo ⁊ oẽs angeli ⁊ sancti ⁊ sctẽ genua flecterent ⁊ cũ lachrymis orarẽt pro aliquo qui eẽt in mortali peccato iudex non exaudiret eos q₂ dicit̃ prouer.vi.zelus ⁊ furor viri nõ parcet in die iudicij nec acquiescet cuiuscunqȝ precibus nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

Quarto et vltimo in isto tremẽdo iudicio facta statim executioni dabuntur.De executione illius sententie nota specialiter tria.

Primo multitudinẽ ⁊ potentiã ministroꝝ qui parati erũt ad verbũ iudicis exequendũ q₂ dicit̃ Mat.xij.In cõsummatione seculi exibunt angeli ⁊ separabũt malos de medio iustoruȝ ⁊ mittent eos in caminuȝ ignis ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.

Secũdo in ista executione nota impotẽtia ⁊ angustiam reprobοrũ q₂ nulla erit via ad euadẽduȝ. Vnde dicit Aug.O q̃ȝ anguste erit vndiqȝ reproboꝝ vie superius erit tunc iude iratus inferi⁹ chaos inferni horrẽdũ a dextris accusantia pctã a sinistris infinita demonia ad supplicũ trahentia intus ꝯsciẽtia vrens foris mũdus ardẽs miser peccator sic deprehẽsus quo effugiet latere erit impossibile apparere intollerabile.⁊ ideo dr̃ ap.ix.ꝙ desiderabũt homies mortem ⁊ fuget mors ab eis.

Tertio nota in ista executione defectum ⁊ carentiaȝ omniũ auxilioꝝ tunc eniȝ christus que tm̃ misericors est ꝙ pro peccatoribus tradidit semetip̃m ridebit in dãnatione coꝝ. In cuius ꝑsona.dicitur

prouer.i. Ego quoq; in interitu vestro ridebo. Sancti etiã qui se pro salute omniũ morti exposuerunt nõ compatientur tunc miserie reproborum sed potius gaudebũt in damnatione eorũ quia dicitur in psal. Letabitur iustus cum viderit vindictam &c. Sicut eni; nũc est tempus clementie sic erit tunc tempus vltionis & vindicte sicut dicitur in psal. Cum accepero tẽpus ego iustitias iudicabo. Et hec de iudicio vltimo dicta sufficiant.

¶ De penis inferni cap. xlix.

Post tractatũ generalis iudicij: sequit̃ videre de penis inferni et gloria paradisi. Ista est enim vltima dieta. s. a iudicio ad infernum vel ad celum. Nã reprobi faciunt pessimã dietam de iudicio ad eternũ suppliciũ. Iusti vero faciunt optimã dieta; a iudicio ad regnum eternum.

Primo igit̃ dicendũ est de penis & supplitijs reproboꝝ de quibꝰ notanda sunt. v.
Primo penarum acerbitas.
Secundo penaru; diuersitas
Tertio penarũ diuturnitas.
Quarto penaru; vniuersitas
Quinto penaru; inutilitas.

¶ Primo igitur pene reproborum erũt acerbissime & intolerabiles. Grauissima eni; pena que in hoc mũdo potest tolerari minor est pena purgatorij vt dicit Aug. in quodam sermone quanto magis pena inferni. In signum huius vehementis doloris dicit saluator in euange. Ibi erit fletus & stridor dentium.

Secundo pene iferni erunt diuerse. Vnde nota q; in sacra scriptura inueniũtur nouem pene.
Prima est pena ignis.
Scđa pena ẽ vermis Ignis ardebit carnem: vermis ardebit mẽtem. De istis duabus simul dicit̃ Isa. vltimo. Vermis eorũ non moriet̃ si ignis nõ extinguet̃. Tertia pena est fetor vt dicitur in psal. Ignis sulphur & spũs ꝓcellaꝝ pars calicis eorum. i. pene eorum.
Quarta pena est frigus q2 dicitur Joan. xxiiij. Transibunt ab aquis niuium ad calorem nimium quia erit maxima pena mutatio subita quia natura mutationes non patitur repentinas vt dicit ypocras.
Quinta pena erit fames maxima. Iuxta illđ Isa. lxv. Ser

ui mei comedent et vos esurietis. Ibi nãqz est tãta inopia q neqz guttam aque poterũt habere. vt legitur Luc. xvi. de diuite epulone sepulto in iferno. Vnde Grego. Guttam aque petijt qui micam panis lazaro negauit Maxima pena erit fames q̃ ibi erit et magis mortalis est carentia visionis diuine. Vñ Gre. Immortalis sibi famẽ iterficit qr faciẽ suã saluator eis abscõdit Sexta pena est tortor vel potius tortores qr dicit Matt. xviij. Tradidit eum tortoribus donec redderet vniuersuz debitum.

Septima pena est horror. vnde Job. x. Vbi nullus ordo: sed sempiternus horror inhabitat. et ista erit maxima pena quia videmus si nunc appareret nobis vnus solus dyabolus magnus horror et quasi intolerabis esset quid ergo erit tunc cum tot horribiles apparebunt.

Octaua pena erit tenebra in qua incarcerabuntur et ligabũt reprobi quia dicit Matt. xxij. Ligatis pedibus et manibus et pedibus eius: proijcite cum in tenebras exteriores. Et Gregorius dicit in moralibus. Ignis infernalis concremationem habet. et nõ lucem.

Nona pena et quasi principalis erit dolor quia in illis penis non solum erit acerbitas sed contrarietas. Vnde dicit Gregorius in moralibus libro nono. Horrendum enim erit reprobis ibi dolor cũ formidine flamma cum obscuritate mors sine morte finis sine fine defectus sine defectu quia et mors viuit et finis semper incipit et defectus deficere nescit. Mors perimit et nõ extinguit et dolor cruciat et pauorem non purgat.

Et ratio est quia cũ peccator et dyabolus in culpa consentiant iustum est vt creature in reproborum pena cõueniunt. Et notandũ q a diuersis causis ipsis reprobis inest dolor. Sunt autem quattuor cause doloris.

Prima est quia amiserũt bona temporalia huius mundi. Vnde psal. Cum interierit homo non sumet omnia: nec descendet cuz eo gloria eius.

Secunda causa est: qr tempus perdiderunt. Vnde

Iere.i. Transijt estas: et facta est messis: et nõ saluati sumus Dãnati nãqz darent libenter totum mundũz pro vno momẽto temporis: si possent habere ad penitendum.

Tertia causa est: quia visionem et gloriã dei perdiderunt. Vñ dicit Criso. q omnes gehẽne cruciatus: sunt carentia visionis dei.

Quarta causa est: qr inferni vilitatẽ et miseriaz acquisierunt. Est enim locus infernalis tenebrosus et penuriosus qd erit maxima pena diuitibus et hominib⁹ voluptuosis et magnatib⁹: qr in vita habuerunt domos sine fumo: et ibi erit fumus ꝯtinuus: qr dicitur Isa. xlv. Fumus erũt in futuro meo. De istis penis dicit Berñ. in sermone de negocio spũali. o gebennalis regio fugienda vbi ignis ardẽs: frigus vrens: vermis imortalis: fetor intollerabilis: malei percutientes tenebre palpabiles: cõfusio peccatorꝝ innodatio vinculorum: horribilis facies demonum totus tremor ad huiusmodi regionis memoriã.

Tertio est ibidem penaꝝ diuturnitas. Pene eniz infernales erũt diuturne: imo sempiterne: qr dicit Isa. xxxiij. Quis ex vobis poterit habitare cũ ardorib⁹ sempiternis? Et Mat. xxv. Discedite a me maledicti in ignẽ eternũ. Dicit Greg. q ad magnã iustitiam iudicis pertinet vt nunqȝ careãt supplicio: qui nũqȝ dũ viuerẽt voluerũt carere pctõ. Et illud est summe horrendũ in ista pena: q sit maxia et eterna. Si enim dãnati singulis dieb⁹ flerent: et in fletu emitterent modicaz lachrymã: plus de aqua per ꝓcessum tẽporis de oculis vnius dãnati exiret qȝ sit aqua totius mundi. Cuius ꝓbatio est: quia illa aqua est infinita: aqua autem totus mundi est finita.

Quarto est in inferno penaꝝ vniuersitas. Sũt enim quidã dicere volẽtes q in inferno vniuerse partes hois: tã corporis qȝ anime post diẽ iudicij erũt in igne: qr dicitur in Mat. Timete euz qui postqȝ occiderit: põt corpus et animã perdere in gehennam ignis. Nunc aũt videmus q hõ nõ posset sine maximo tormento ignẽ in parte vni⁹ digiti susti-

nere per vnā horam. quantus ergo erit dolor: quādo tot⁹ hō ardebit in igne? Vñ in signū istius maximi doloris dic̄ saluator freqnter i euāgelio. Ibi erit fletus ⁊ stridor dentium.

Quinto ⁊ vltimo iste pene infernales erūt inutiles ⁊ infructuose. Pena eni p̄sentis vite breuis est leuis ⁊ fructuosa: ꝫ futura est longissima ⁊ grauissima: ⁊ infructuosa: q2 si dānat⁹ flendo: tm̄ de lachrymis emitteret: quātum est de aqua in mari: nō sufficeret ad lauandū maculam vni⁹ peccati mortalis. Erunt tñ intra se pniam agentes ⁊ preangustia spūs gementes: vt dicit̄ Sap. v. ⁊ tñ infructuose: q2 in inferno erit stimulus penitētis: nulla tñ erit correctio voluntatis Exemplum de sctō patre qui orauit pro dyabolo ⁊ responsione domini: ⁊ obstinatione dyaboli. Et hec de penis iferni dicta sufficiant.

De gloria paradisi. cap. l.

Ost tractatum de penis inferni sequit̄ vltimo videre de gloria paradisi. Hec enim est finis vltime dicte: quia finis est omniū desideriorum de qua ad presens tria sunt dicenda: scilicet.

Valor impretiabilis.
Decor inestimabilis.
Honor infrangibilis.

Primo igit̄ istius glorie celesti est valor impretiabilis q2 dicit̄. Isa. lxiiij. Oculus nō vidit deus absq3 te: que pparasti diligētib⁹ te. Et illud Heb. j. Cor. ij. Oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hois ascendit que pparauit de⁹ diligentibus sc. Valor autē istius glorie celestis attēditur in hoc q̄ ita care de⁹ vendit eaꝫ suis amicis. Cōsistit enim petro martyriū crucis paulo cōstitit decollationē capitis. Est autē verissimum ⁊ certum q̄ deus nō decipiet vnum amicoruꝫ suoꝝ ⁊ quod plus est ipse christus emit gloriaꝫ illam pro amicis sub tormento et ignominia crucis. Est eni certissimum q̄ deus pater nō decipiet vnigenitū filium suum in emendo illud regnū. Cum ergo illud regnū tantum constitit filio dei ⁊ alijs eius amicis certū est q̄ res maxima est ⁊ impretiabilis valoris. Vnde dicit̄. j. Cor. vi. Empti eniꝫ estis precio magno glorificate ⁊ portate deū in corpore vr̄o. Secūdo gloria illa celestis est

decoris inextimabilis. Unde Ecclesiastici.xliij. Pulchritudinez coloris ei9 admirabitur sensus. Ex duobus pōt colligi decor illius regni. Primo ex decore rez naturaliū inferiorum quas de9 vult ita decorare sicut videmus q lilium in hyeme apparet vile et postea decorat in vere ꝛ estate. Unde dicitur Matthei.vi. Considerate lilia agri.ꝛc.

¶ Secūdo apparet decor illius glorie ex reb9 artificialibus sicut videm9 q ligna lapides ꝛ metella per se vidētur vilia ꝛ quasi terra sed efficiunt per artificem pulchra ꝛ splendida quādo sunt polita ꝛ deaurata quantū igitur faciet summus artifex cui9 sapiētia est infinita in decorādis amicis suis beatis in illa celesti gloria. Jō dr Mat.vi. Si fenū agri qḋ hodie est ꝛ cras in clibanū mittitur sic deus sic vestit quantomagis vos modice fidei.

Tertio gloria celestis

ꝛ honoris insuperabilis. Qḋ probatur ex quattuor.

Primo qꝛ oēs sancti

erūt reges: sine volūtatis omnipotētes vt dicit Anselmus Jō dr Mat.xxv. Venite bñ dicti patris mei: pcipite regnū qḋ vobis paratū est ab.ꝛc.

Secundo qꝛ omnes

erūt filij charissimi ꝛ heredes dei: ꝛ coheredes christi. vt dicitur ad Ro.viij.

Tertio qꝛ erunt oēs

quasi dñi: christus etiā in propria psona honorabit eos: qꝛ dr Lu.xij. Precinget se.s.xp̄s ꝛ trāsiens ministrabit illis ꝛ faciet illos discūbere. Sicut filius regis consueuit in ppria persona seruire: qñ vult multum suos nobiles honorare.

Quarto qꝛ oēs erunt

dij: sicut dicit in psal. Ego dixi dij estis: ꝛ filij excelsi oēs. et hoc qꝛ diuinitas erit in sctis ꝛ multitudine vel magnitudine dilectionis: que transformat amantem in amatuz: vt dicit Aug. Et philosophus dicit. Unusquisqz talis est: quale est dilectū. Si autem terrā diligis: terra es si autē deum diligis: quid dicaz: deus eris nō audeo dicere ex me: sz per scripturā que dicit. Ego dixi dij estis ꝛ filij excelsi omnes. Item in illa celesti curia considero alia tria: scilicet.

Locum summe gloriosum.

Sextum summe speciosum.
Fructum summe speciosum.

¶ Primo igitur in illo celesti regno ad loc⁹ summe gloriosus: quia quilibet sanctus erit in loco: in quo est ipse dei filius: quia dicitur Joan. iij. Ubi sum ego: illic ⁊ minister meus erit.

Secūdo in illo celesti regno est seruū speciosum vel corona: qꝛ dicitur in psal. de quolibet sancto. Posuisti in capite eius coronaꝫ de lapide precioso. Iste lapis est margarita illa quā qui inuenit: vendit omnia: ⁊ emit eaꝫ vt dicit Matthei. xiij. Et nota ꝙ duplex est corona sanctorum: scilicet aurea ⁊ aureola. Aurea dicitur premium substantiale quod cōsistit in tribus. s. in visione dei clarissima in fruitione suauissima intētione securissima de qua dicit Ecclesi. xlv. Corona aurea super mitraꝫ eius que est ornatus pontificum. Quia omnes sancti non solum erunt reges omnipotentes sue voluntatis sꝫ etiam erunt sacerdotes ⁊ pontifices offerētes deo semper sacrificium laudis. Et ideo dicitur Apocalipsis. v. Fecisti nos deo regnum ⁊ sacerdotes.

Alia corona dicitur aureola idest cornula parua ⁊ ista aureola secundum doctores dicitur quedam gloria accidentalis que debet sanctis rōne operis excellentis datur eniꝫ tribus generibus operꝫ. Datur enim virginibus ⁊ hec est florea. Datur martyribus: et hec est gemmea. Doctoribus ⁊ hec est stellea.

Aureola florea datur virginibus quia honore virginitatis floruerunt. Unde dicitur in psal. de virgine virginuꝫ christo ⁊ agno quem virgines sequuntur Gloria ⁊ honore coronasti eum.

